Liber secundus de morbis vulgaribus [i.e. Epidemics, Book 2] ... olim a Galeno commentariis illustratus, qui temporis injuria intercederunt: nunc vero pene in integrum restitutus, commentariis sex et latinitate donatus / Anutio Foësio ... authore.

Contributors

Hippocrates.
Foës, Anuce, 1528-1595.
Hippocrates. Epidemics. Latin.
Galen.

Publication/Creation

Basileae : [Excudebat Jacobus Parcus, expensis viduae Michaelis Isingrinei], 1560.

Persistent URL

https://wellcomecollection.org/works/uuk9fntp

License and attribution

This work has been identified as being free of known restrictions under copyright law, including all related and neighbouring rights and is being made available under the Creative Commons, Public Domain Mark.

You can copy, modify, distribute and perform the work, even for commercial purposes, without asking permission.

Wellcome Collection
183 Euston Road
London NW1 2BE UK
T +44 (0)20 7611 8722
E library@wellcomecollection.org
https://wellcomecollection.org

I B

HIPPOCRATIS
1560

II 4 62637/B

MEDICAL SOCIETY
OF LONDON

WELLCOME
HISTORICAL MEDICAL LIBRARY

ACCESSION NUMBER

PRESS MARK

HIPPOCRATES

HIPPOCRATIS

COI, MEDICORVM OMNIVM FACILE PRINCIPIS, Liber Secundus de Morbis vulgaribus, difficilimus & pulcherrimus: olim à Galeno Cõmentarijs illustratus, qui temporis iniuria interciderunt: nunc verò penè in integrum restitutus, Commentarijs sex & Latinitate donatus.

Anutio Foësio Mediomatrico Medico Authore.

AD CAROLVM LOTHARINGIVM, Lotharingiæ Ducem Illustrissimum.

LONDON · MEDICAL SOCIETY

BASILEAE
M. D. LX.

ILLVSTRISSIMO ET CLARISSIMO PRINCIPI CAROLO LOTARINGIO, LOTARINGIAE DVCI CLEMENTISSIMO.

OMNES qui in antiquorũ ſcriptis uerſandis totius ætatis ſuæ decurſum collocant (Princeps clariſsime) ita ſe comparare debere ſemper exiſtimaui, ut prouideãt non ſolùm quid oneris in præſentia tollant, ſed etiam quantum in omnem uitam negotij ſuſcipere conentur. Legem enim ſibijpſi indicunt doctrinæ, eloquentiæ, ſcientiarumq; omnium, qui in ueteribus interpretandis de ſua ingenij exiſtimatione cuiuis cognitionem conſtituũt, atq; eò magis ſi id faciunt nulla re

alia commoti, nisi utilitate communi. Nam qui sibi hoc sumpsit, ut priuatim in puluere & umbra delitesceret, facilè is sui facti rationem omnibus probat, si nominis integritatem mauult tenebrarum & parietum custodijs tegere, quàm turpiter de fama & ingenio publicè decernere. Cuius uel leuissima offensio, cùm ab homine moderato & graui alienissima esse debet, tum uerò ab eo qui se rectæ uoluntatis cõscientia hominum opinioni uindicare uult, diligenter animaduertẽda. Omnino miserrima est, & periculi plena publicę rationis cõditio. In qua, ut leuiter feras, minus liberas esse omniũ rerum uoluntates, & uitã tuam pluribus quàm uelles oculis obseruari. Illud uerò quo animo ferendum, in turbulentissimis inuidiarũ procellis & uastissimo iudiciorum anfractu, ubi existimationis tuæ procurationẽ susceptam

ptam nullus habere uelit, eum abs te uitæ rationem repoſcere, qui nõ poſsit ſuæ reddere? Equidẽ ſic exiſtimo, eos ſcopuloſo difficiliq; in loco uerſari, quorũ dignitas in cauſæ contentionẽ uenit, quibusq; de famæ diſpendio iudicij periculum intenditur. Nam cùm omnis iudiciorũ calamitas odioſa eſt, tum illa ingenij, cõmendationis & nominis multò moleſtiſsima: qua nõ de fortunis, poſſeſsionibus, & re familiari ampliſsimè conſtituta iudiciũ exercetur: ſed de laude, honoribus & honeſtiſsimis ſtudiorum præmijs, bonis omnibus cauſæ dictionem leuiſsima multitudinis inclinatio denunciat. Quo in opinionum freto & uoluntatum æſtu, uerſari neceſſe eſt eos, qui lubrica defenſionis ratione ſibi propoſita, per eblandita & nõ enucleata ſuffragia in opinionem doctrinæ irrepunt, hominumq; rumuſculos in

ſuffragatoria laudis nundinatione aucupati, honori uelificantur ſuo, adeoq; obſcura ſpe & cæca expectatione pendent, ut in his magis ualeat omen prærogatiuum, quàm uera minimeq; fucata doctrinæ approbatio. Hanc eandem iudicij leuitatem experiuntur, qui publicæ utilitatis ueſtigijs inſiſtentes, omnes ſuas rationes, ad antiquorum doctrinam aggregarunt, & ueterum Græcorum interpretatione, uelut commendabili aliqua uirtutis ſignificatione, teſtificatam animi beneuolentiam in omnium oculis defigere maluerunt, quàm cauſam ſuſceptam affligere & deſerere. Quod profectò conſilium in Hippocratis noſtri uerſione, cui ſpe iam atq; animo ex longa mentis reputatione incubamus, arripiendum fuit, ut meas rationes ad eos ſcopulos appellerem, ad quos doctiſsimorum uirorum afflictam

nauem,

nauem, & in quibus plurimarum non ita pridem naufragium fortunarum uidiſſem. Quo in curſu nauigationis minimè portuoſæ, ſi cui uidemur nimis cõfidenter non adhibuiſſe in conſilium cogitationum noſtrarum, cæterorum ſeſſorum aut ſociorum deſperationem, quòd adhuc è portu ſoluentes, uelut explorata tempeſtatum ratione, & præteruecta locorum prædonumq; difficultate, nondum in altum inuecti, uelut propè iam ex magna iactatione terram uidentes, ſatis impudenter uictoriæ uota facimus: is ſecum reputet uelim. Quod cõſilio prouideri aut recta animi cognitione, longo rerum uſu exercitati præſentiri potuit, id nos in totum huius longæ nauigationis curſum contuliſſe, ne in uadis hærẽtes & uaſtiſsimo procellarum æſtu agitati, repentè auxilio diminuti deficeremur, ſi flagi-

tiosè imparati ab ijs rebus essemus, quæ cæteris assiduo studiorũ usu, longa ingenij exercitatione & doctrinæ cultu cumulatissimè suppeditantur. Hanc totam procellarũ fluctuationem, hos æstuantis maris Euripos, infinitos uoraginum anfractus, & inexplicatos gurgites, iampridem animo & cogitatione emensi, uelut in tabella descriptos & oculis designatos habemus. Quòd etsi multũ est, longè antè animo præuisas habere tuarũ rationum salebras, à quibus mutata uelificatione, quem cum periculo cursum tenueris, auertas. Tamẽ ut in nauigando tempestati obsequi artis est, etiamsi portum tenere nõ queas: sic in hac maxima uentorũ agitatione, ad istos scopulos nobis impingendum fuit: ut quorum saluti aliquando desperaueramus, eam manu adhibita excitaremus: & ducta temporis ratione, necessariam

sariam potius quàm certã medici=
nam faceremus. Quæ profectò eò
magis urgenda fuit, quòd eum te=
nere cum periculo, cursum quem
cœperam, integris fortunis nostris
non potui, neq; eo cõmutato quo
uolui tamen peruenire. Anni sunt
omnino octo (Princeps clarissi=
me) cùm hæc causa in ista medita=
tione uersatur, & in Latinã Hippo
cratis uersionem omni cogitatio=
ne curaq; incumbimus. Postea e=
nim quàm Medicinæ iurisdictio=
nem confecimus, hanc honestam
scribendi prouinciam ligurire cœ=
pimus, eiusq; curationẽ tanta spe
& opinione deuorare, ut tum pri=
mùm eã tibi sanctissimè uotis nun
cupatis desponderimus. Cuius qui
dem uoti me quondam reum fuis=
se, nunc uerò aliqua ex parte dam=
natum nõ molestè fero. Fidei enim
conducit (inquit ille) in loco debi=
tum retribuere. Illic nanq; animi

propensa uoluntas comprobatur, hîc memoria collaudatur. Qua in nominis professione hac me specula oblector, quòd sors campum dedit, in quo uirtus nostra excurrere cognoscíq; posset, cùm omnes omnium studiorum nostrorum labores in illustrísimi Principis honorem consumerem, eiusq; dignitati addicerem, in quo præsidium meis fortunis cõstitutum, portum ac perfugium fortunæ míseræ multumq; iactatæ oblatum esse arbitrarer. Feci tamen primùm id subtímidè, ut quarum rerum doctorum iudicia sunt constituta, in earum quæstione me tibi uenditarem, nè amplíssimum nomen nostræ infantiæ prætenderem, aut ne qua ex mea summa ignauia labes clarissimæ familiæ aspersa esse uideretur. Sed me cunctantem in istam causam impo suit Antonij Pisonis Medici tui experientíssimi iudiciũ, cui propter summam

ſummam doctrinã atq; obſequentiſsimum officium, bonam copiam eiurare non potes. Is enim ad hoc conficiendum negotium authoritatem ſuam interpoſuit. Cuius dignitati tantum tribuo, quantum & ſtudiorum coniunctio, & inſtituta beneuolentiæ neceſsitudo ab officioſiſsimo poſtulare, perpetua animorum conſenſio à gratiſsimo homine impetrare poteſt. Effecit autẽ animi inductio & illius (me hercule) amor, ut me ſibi affixũ haberet, & meam uoluntatem ad ſummi uiri de meq; optimè meriti dignitatem aggregarem: ne aut leuiter detrectando, collectam florentiſsimi hominis gratiam effunderem, aut curam deprecando, grauiſsimam iudicij exiſtimationem labefactarem. Circunſpectis itaq; rebus omnibus rationibusq; ſubductis, ſummam feci cogitationum mearum, ut me ad eius uiri opinionem adiunge-

iungerem, qui nostrorum consilio
rum conscius, particeps, & admini
ster semper extitit, nostræq; existi=
mationis tam grauis author & ad=
scriptor, ut personam quam mihi li
matulo suo iudicio induxit, & in
qua me sæpe illi ipsi probaui, turpe
sit deponere. In quo suadendo uel
lem profectò nõ solùm salutis meę
ut Medici, sed ut Aliptæ, uirium &
coloris rationem habere uoluisset.
Satis enim mihi perspectum fuit,
quòt in me perpetuos emissarios
incitarem, qui ad nostræ causæ iu=
dicium, animum maleuolentia suf=
fusum atq; inuidia infuscatum po=
tius, quàm æquam rerum æstima=
tionem adferrẽt. Nõ enim uereor,
quin hic meæ uitæ cursus eos of=
fendat fortasse, qui splendorem &
speciem huius instituti intuentur,
solicitudinem autem & laborem
perspicere non possunt. Quorum
maleuolentissimis obtrectationi=

bus non

bus non potuimus ſenſum rectum & confirmatum deponere, nec ue rò de uetere illa noſtra diuturnaq; ſentẽtia depelli. Incurret (ſcio) hæc noſtra laurus nõ ſolùm in oculos, ſed etiam in uoculas maleuolorũ. Sed me ab iſs in ueræ laudis petitione eſſe præteritum non ægrefero, quorum tribum iamdudũ concepta uirtutis opinione totam perdidi. Qui etſi grauem ſe inflixiſſe ſecurim petitioni meę exiſtimabũt, ſi iſs quibus premunt ſuffragiis totum deformauerint: me tamẽ ſuis inuidiæ fluctibus non ita opprimẽt, ut ab his reſpirare aut emergere authoritas noſtra nequeat: nec ſuis maledicentiſsimis conuitiis traductum uſq; eò infatuabũt, ut noſtrum in literis ſtatum iampridem ad cõmunem reipublicæ utilitatem conformatũ, & optima mentis aſſenſione corroboratũ, meritò cõuellere poſsint. Homini pudenti, cùm

ti cùm nihil tam timendum quàm inuidia, tum uerò si præter culpam accidat, leuissimè sustentanda, & in laudem deputanda est. Cùm enim in uita nihil nobis præstandum præter culpam putemus, non uereor ut eum qui se benè actæ uitæ & optimorum consiliorũ conscientia sustentare possit, miserum quis existimet, in quo præsertim absit à culpa. Ego omnem meę ætatis cursum in hoc rerum studio exercui, ex quo homini ad honestum otium satis aditus esse possit, tum uerò ad officiosissimum negotium tutum perfugiũ. In qua ingenij uelitatione, subsidio diligentiã mihi cõparaui, ut cùm adolescẽtiæ nostræ cupiditates deferbuissent, ingraueſcentis ætatis maturitas in honesto negotio cõquiesceret. Dedi igitur operam, ut quo literarum præsidio officiosissimæ artis castra muniũtur, ijs superatis, facilior qua

si reliquæ

si reliqnæ ætatis decursus mihi cõ-
stitueretur. Sed posteaquàm Medi
cinæ professionem confecimus, re
pentè incessi omnibus lætitijs, me
um constituisse uitæ modum, quo
laborem, operam, industriam, offi-
ciumq; nostrum amicis probare-
mus: eaq; studia arripuisse, quæ nõ
modò publici muneris uacationẽ
nõ sustinent, uerumetiam curricu-
lum diligẽtiæ nostræ in amicorum
periculis propulsandis elaboran-
dum esse profitentur, fidem nostrã
spondent, & optimè nauatam ope
ram Reipublicæ communiq; om-
nium utilitati deuouent. In qua a-
nimi propensione diligenter à me
cautũ est, ut cùm de mea in rempu-
blicã uoluntate prolixè & sine ulla
laboris exceptione promitterẽ, ita
studijs moderarer, ne unquam stili
pœnas darẽ. Cuius cautionis me
necdũ profectò pœnitet. Malui e-
nim ut mea animi moderatio, alio-
rum in

rum infamaret iniuriam, quàm leui ter insectando de cuiusquam laude delibare, ne si uocis libertate quibusdam detraherem, inanem & ambitiosum me uiris bonis probarem, qui non possem falsam alienæ gloriæ laudem cernere, quam penitus exhaurirem & in me transfunderem. Quæ cùm ita sint, non potui melius in arcem communis causæ inuadere, quàm si publicæ salutis augendæ insitum in nobis studium, beneficio quodam deuincirem sempiterno, testatamq; nostram memoriam, officio in Rempublicam recentissimo, in omniũ oculis relinquerem. Qua in re accidit mihi, quod homini pudenti & cupido satisfaciendi Reipublicæ, bonisq; omnibus accidere solet, ut consilium sequerer periculosum magis dum me probarem, quàm tutum quod habere posset obtrectationem. Quotusquisque

est enim

est enim qui non uideat, quàm gra
ues mihi inuidiæ tempestates su=
beundæ sint, aut in quantas ho=
minum reprehensiones incurram,
si desultorio quodam modo, in
hunc quadrigarum curriculum de
scendã, omnino ab ijs rebus inops
& nudus, quæ ad tanti ædificij de=
signationem adiumento cæteris es
se solent. Nam quæ res in causæ te=
nuitate dignitati sunt ornamento
& authoritati subsidio, summa elo
quentia cum longo rerum usu cõ=
iuncta, eæ nos planè deficiunt &
apertè oppugnant. Quapropter
nos imbecillitatis nostræ conscij,
Medicinæ parentis amplissimum
nomen infantiæ nostræ non præ=
tendimus, sed æquitatis possessio=
nem quibusuis interdictis defen=
dimus, eaq; nos in hac interpreta=
tionis quæstione, cuius cognitio=
nem probis & doctis hominibus
facimus, recreamus, tuemur, susten

tamus. Satis est nobis iudicatum, nil nisi ingenio perfectum & industria elaboratum huc afferri oportere. Atq; eò fortè infirmior uidetur nostræ causæ defensio, quòd quæ doctíssimis uiris deuota & constituta est hostia, eam propè è medio sinu excludam, quibus me præripere desponsam iam & destinatam laudem ualde est iniquum, præsertim cùm simus, omnium rerũ rudes, nec tam bene de eloquẽtia constituti, ut reseruatam ístam palmam nobis esse putem. Sed me recreat causæ meæ copia & facultas, quæ etsí in hoc interpretationis munere, ex æquitatis campo ad uerborum angustías atq; literarũ angulos quodãmodo reuocat, me tamen ita uerba aucupari uetat, ut ueritatis ius dissolutè debeam relinquere, aut parentis optimi causam nimis impudenter prodere. Magnum est si quis ad literarũ stu-

dia, rerum

dia, rerum usum, naturæ cognitionem, scientiarum ornamenta, eloquentiam adhibuerit. Quæ si animi sensa expedit, philosophiæ recessus aperit, artisq; cuiusque causam propriè & enixè suscipit, dici non potest quanta doctrinæ & ingenij accessio futura sit. At profectò ea orationis uis nõ est, ut quid uis ornatè, distinctè, appositè, & eloquenter efferre possit. Sua cuiq; propria quauis in arte sunt ornamenta, suus decor, sua ueritatis insignia, cuius luminibus nulla poterunt unquàm fucosa uerborum lenocinia obstruere, Medicina suis hoc est, modicis finibus contenta est, redundantem & inanem orationis luxuriam non postulat, dictionem frugi petit, apertam, simplicem, superuacaneam uerborum licentiam respuit, eloquẽtiam non fugit, sed nec certe magnopere desiderat. In Medico si detur, laudo,

quòd ea præsidia quæ cæteris artibus cohonestamento sunt, saluberrimæ arti suppeditant. Sin ea ut cæteris omnibus, deficiunt, nemo est tam profligatus, tam inops animi, tam denique ab omni non modò honestate, sed etiam honestatis simulatione relictus, qui pulcherrimæ & necessariæ domus ædificationẽ, leuissima tectorij iactura uelit deformare. Scitum est, morbos, ut nec eloquentia curantur, nec uerò infantia depelli, aut barbarie propulsari. Quæ omnia quoties mecum reputo, toties mihi uideor in iudicium uenire, non ingenij solùm, sed etiam uirtutis atque officij, ne aut id profiteri uideor quod nõ possim implere, quod est impudentiæ: aut in magna rationum æquitate, saluberrimæ artis castra prodere, quod est omnium causæ præuaricatoris & perfidię. At uerò in hoc interpretationis negotio malui ad

ipsam

ipſam æquitatem delabi, honeſtiſ-
ſimorumq; uirorum iudiciũ ſubi-
re, quàm leui excuſationis obten-
tu, purgationem meam cuiuis eri-
pere, præſertim cùm iſtud ſuſcepe-
rim non tam mea ſponte, quàm do
ctiſsimorũ uirorũ inductione, ſua-
ſu & exemplo, qui omnes Hippo-
crates Galenosq; complexi ſunt,
Quorum cõſilium in tuæ iſtius æ-
dificationis porticu tibi aperiam,
unaq; (ut ſpero) mei inſtituti ratio-
nem ampliſsimę tuæ dignitati pro
babo. Hos ſi cognitores ad meæ
quæſtionis iudicium adhibueris,
non dubito, quin multis iniurijs ia
ctatam atq; agitatam ęquitatem, in
hoc tandem loco conſiſtere & con
firmari patiantur. Nec uerò cauſæ
meæ adeò deſperaui, ut iudicatum
ſolui ſatiſdare nõ debeam, quin po
tius in ſpem certiſsimam uenio, u-
bi rationum noſtrarum cognitio-
nem exercuerint, me non poſſe eo

rum suffragijs premi, sed nec angu stiorem nostram esse petitionẽ pas suros,& æquissimè de absente se- cundum præsentem iudicaturos. Quòd si fugitiua Hippocratis mã- cipia non redhibemus,si eadem li- berali causa manu non asserimus, si iniustis uindicijs ac sacramentis Hippocraticos fundos petiuimus, nõ recuso,quin ubi in rem præsen- tem uentum erit, interdicto de ui hominibus armatis ut morib.dedu ctio fiat, postuletur. Omnino hoc scriptionis genus est idoneum ad cuius quæstionem author & arbi- ter adhibearis (Princeps clariss.) Neqꝫ ulla est ad laudẽ magis com- parata materia, quàm quæ literarũ monimentis corroborata, & æter- na hominum memoria confirma- ta,in omniũ mẽtibus insidet. Quæ quantò sublimiorem nacta erit adi tum,eò expressiora atqꝫ illustriora honorum insignia paritura est. Ab

Hippo-

Hippocrate si discessero, nõ uideo quidnam maius aut clarius in re Medica attrectari possit. Huius quoq; præsidium non nisi numini dicatum, summæ amplitudini consecratũ, in illustrissimæ familiæ nomine constitui debet. Hunc igitur tibi nuncupamus, deuouemus, totumq; tibi tradimus, de manu (ut aiunt) in manum tuam, istam generis claritate nobilissimam, familiæ antiquitate fundatissimam, honorum recensione florentissimam, & nominis amplitudine illustrissimã. Hunc sartum & tectum (quod aiunt) ab omniq; non modò detrimento & molestia syncerũ ut conserues, uerumetiam ut à uitilitigatorum maledicentissimis obtrectationibus præstes integellum, Amplitudini tuę uota facimus. Quòd si te assertore, mihi tanquàm fide publica cautum esse uolueris, studiorum nostrorum fructus perci-

piemus longè uberrimos, cùm industriæ nostræ monimenta in tuæ familiæ nomine apparebunt, ut eius nascenti propè laudi, dignitati, uirtutiq; præsis, æternamq; beneficij tui memoriam laborum nostrorum perpetua dedicatione recolam, dum me officijq; nostri seruitutem nexu & mancipio adstringam sempiterno. Poterã equidem de toto negotio quicquid id est, integrum ad aliud tempus reseruare; præsertim cùm ueniret in maximarum quasi concursum occupationum, communemq; omnium calamitatem attingeret, & exulceratissimis reipublicæ tẽporibus prodiret, quibus nullam alleuationem quisq; non stultissimus sperare debeat: Nisi in communibus miseriis hac me specula sustentassem, ut me honesto otio abderem, cuius fructus abundè mihi constaret, si nauatam in rempublicã benenolentiam,

tíam,grata quadam animi ſignifi-
catione teſtarer. Quæ quídem uel
optímis rebus & uſuí & delecta-
tioní eſſe poſſent,hís uerò tempo-
ríbus,habemus alíud níhíl ín quo
acquieſcamus.Tanta eſt rerum o-
mnium perturbatío, tanta confu-
ſio,íta perculſa & proſtrata fœdíſ-
ſimo bello íacent omnía, ut metuã
ne honeſto otío príuatí (quod eſt
unícum ín malís ſolatíum) à líte-
rís rationem rerum noſtrarum re-
poſcere nõ poſsímus, à quíbus an
tea uítam,modò etíam ſalutem &
dignítatem petebamus. Nec uerò
ad hanc cauſam meditantem deter
ruít,quòd amícorum offícíjs & æ-
grorũ procuratione ímpedíeban-
tur cogítatíones meæ, quæ quod
relíquum ex calamítatíbus erat ſo-
latíj & temporís,íta obſederunt,ut
ne otíum quídem fuerit míhí un-
quam otíoſum.Nam cum nulla re
tam lætarí ſoleo quàm meorũ of-

ficiorum conscientia, tum uerò & artificio nostro, & literarum cognitione maximè delector, quarũ studium quotidie ingraueſcit adeò, et reipublicæ causa & his temporum uitijs, ut nulla res alia leuare animũ molestia possit. Sed profectò M. Catonis illud, quod in principio scripsit Originum suarum, semper magnificũ & præclarũ existimaui, clarorum uirorum atq; magnorũ, non minus otij quàm negotij rationem extare oportere. Quod certè me mouit, ut publicorum commodorum, à quibus nõ inanis aut ieiuni animi uitio, sed naturæ timiditate & ingenij imbecillitate semper abhorrueram, procurationem tandem susciperem, in eorumq; rationem me penitus insererem. Feci igitur hoc in toto negotio, quod nobilissimi architecti facere solẽt, ut cuius ædificationis structuram statim repræsentare non possem,

eius designationẽ & indicaturam in tabella tibi proponerem, ut cùm formam uideris, quale ædificium futurum sit, scire possis. Cuius specimen si tibi probauerimus, nõ dubito quin de tota re optimè æstimare debeas. Mihi sic persuadeo, me hoc in commẽtario totum Hippocratis μυροθήκιον, omnesq; Galeni arculas & pigmenta consumpsisse, in quem quicquid in re Medica iudicij habui, penè cõtulerim: non recusans quin quantum de hoc libro, tantundem de mei iudicij fama detrahatur. Quanquã nihil de me dico sublatius, ascíscendæ laudis causa, sed authoritatis & dignitatis ratione ductus, ne qua in re ab officij nostri religione declinasse uidear. Scio enim quantò maior sit fides & authoritas præconum ludorum Gymnicorum, quo uerecundiores esse solerent, qui cùm cæteris coronas imposuerant uictoribus,

ctoribus, eorumq; nomina magna uoce pronunciarant, cùm ipsi ante ludorum missionẽ corona darentur, alium præconem adhiberẽt, ne sua uoce ipsi se uictores esse prędicarent. Quæ cùm ita sint (Princeps clarissime) operis difficultatẽ, Hippocratis obscuritatem, elegantia tamen aspersam, nostros quoq; labores, silentio præterire decreui, quæ omnia præteruecti sumus, exhausimus, exorbuimus. Ista satis aptè suo loco ponẽtur, & ualde propriam habebũt tractationem. Magnæ tamen est deliberationis, quæ ratio sit ineunda nobis, non quiescendi, sed tuo concessu & beneficio, institutum nostrorum studiorum deuotionem persequendi. Ex eodem enim propè oleo & opera Oeconomiam Hippocraticã exaramus, quæ parentis nostri maiestatem, dignitatem & subtilitatem ita tuebitur, ut amplissimos Gale-

ni campos

ni campos, Asiaticum illud & redundans scriptionis genus, facilè comprehendat. Verborum pressa proprietas, sententiarum concisa subtilitas, sermonis ueneranda antiquitas, artificij cõmendabilis dignitas, Hippocrati in re Medica principi attribuuntur, quæ omnia tam aptè, diffusè, distinctè disponentur, ut uerbis usum, sententijs distinctionẽ, dictioni maiestatem, dignitati authoritatẽ cõseruemus, & palantem Hippocratẽ, magnisq; uulneribus cõcisum, discerptum, mira in sese cõsensione conspirantem & integrum præstemus. Hæc etiam tui numinis auspicijs ducitur, informatur, & polituram accipit: nec audet existimationis aleam prior subire, de aliena fama periculum suæ faciens: quam sibi mauult utilius constare, dum in se nouissimum probetur ingenium, quàm sua temeritate aut leuitate, de patroni

troni fortunis omnibus, uita, salu-
te & ingenio periculose decerne-
re. Vetus est, optimùm aliena insa-
nia frui: eumq; nequicquã alijs sa-
pere, qui sibi ipse non sapit. Magni
interest, quantam de nostris hisce
prædijs, quæ tibi in censu dedica-
mus, æstimationẽ facias. Nam cùm
iudicium æquius est, re integra q;
perdita sustinere, tum uerò longè
est æquissimũ in famæ litis conte-
statione, uelut ingenij quadã pro-
lusione periclitata, leuissimam exi-
stimationis iacturam facere, potius
quàm lite æstimata causa & aduo-
catione cadere. Honesta nominũ
est ratio, nec omnino intemperãtis
creditoris, de lucro potius remit-
tere, quàm de uiuo resecare. Quam
obrem nouus hic colonus, iam re-
cens admodũ ex Latina nostra co
lonia decedẽs, ius sibi ciuitatis Ro
manæ uendicat, à te reposcit & fla-
gitat. Et quia sociorum commoda

& fore

& fortunas de sua fama periclitari uidet, supplex orat & obsecrat, ne in hoc pro socio arbitrio præstare quicquam ei necesse sit, quod commune societatis ius conuellere debeat, aut ne in hoc compromisso & pietatis actione, ei turpe sit pro socio condemnari. Hunc potes tua authoritate & gratia iudicio absoluere, & ab ea calamitate præstare incolumem. Noli igitur committere (Princeps clarissime) ut de reliquo studiorum meorum cursu, quæ in tua Amplitudine sibi constitutum esse præsidium deponent, in tuamq; domum, patrocinium, sicut in aram confugiunt, sinistrum aliquod præiudicium, aut planè factum esse iudiciũ uideatur, ne periculosam exempli imitationem reliquis in posterum cogar prodere. Non ita pridem, huiusce corporis, quod solidum & integrum nuncupamus,

ἀφθασμάτιον tibi oblatum esse me minimus, à uiro tui nominis amantissimo, tuæq; familiæ perofficiosissimo. Sed certè ab eo profectũ esse apparet, qui maluerit de alieno metere, quàm de suo sementem facere. Constat ex elapidato & propè lætificato agro auulsum illum surculum, in fœcundissimum atq; uberrimum solum esse translatum. Nos in senticoso & emacrato fundo culturam primùm nostram facimus. Non æquum est, cùm in aliena causa per se fauorabili aut copiosa, propitium te præbueris: in nostra quæ ieiuna est & arida, eoq; omnibus despectior, auersum & difficilem te præstare. Hanc igitur studiorum nostrorum fœturam, in media temporũ calamitate & plenissimis belli tumultibus editam, has laborum tibi dicatas primitias, si senserimus te eo animo, quo soles cætera, hoc est grato & beneuolo prosequi,

lo prosequi, debebunt tibi gratiam qui longè amplissimos nostrorum laborum fructus percipient, eamq; nos ipsi officij assiduitate, animi propensione, & memoria recolemus sempiterna. Speroq; futurum ut ea cuiuis studiorum nostrorum ratio constet, mihi nõ tam metuendum esse meam uoluntatem ab aliis reprehendi, quàm graue existimandũ, me in hac promissi repræsentatione, qua in posterum tibi deuinctus sum, destitutionis damnari. Quare si me tibi fas est aliquid polliceri (Princeps Clarissime) in me recipio, primùm qua sanctissimi homines pietate erga deos immortales esse solent, eadem me erga tuum nomen & familiam semper fore: Deinde numen uestrum æquè mihi graue & sanctũ, ac deorum immortalium in omni uita futurum. Deus Optimus Maximus faxit, ut floreſcentem firmata iam

stirpe uirtutis, & plenam spei maximæ adolescentiam, istam tuam uotis nostris alere, eiusq; fructus uberes & diuturnos capere possimus. Ex ipsis Mediomatricibus, decimo quarto calend. April. Anno à Virgineo partu sesquimillesimo quinquagesimo octauo.

IN LIBRVM SECVNDVM HIPPOCRATIS DE MORBIS VVLGARIBVS, PRAEFATIO.

LIBRVM hunc de Morbis Vulgaribus secundum, titulo suo non frustrandum, sed in aliorum tribum recensendum esse existimamus. Temporum enim circunscriptiones, & aëris tempestates, quibus morbi uulgò populationem acceperunt, describit: etsi non ita enixè aut propriè, quod in primo & tertio, consilio quodam & ratione fecit, qui iustorum Librorum dignitatem exæquant, & ad æternam rerum memoriam ordine conditi, & cura studioq; exarati esse uidentur.

Illic enim Hippocratis consilium atq; iudicium probatur, hîc tumultuaria quædã rerum collectio nullam rationum summã facit, sed ueluti ex pugillaribus quicquid id est, ad memorię subsidium deprompt um, sententiarum breuitate, uerborum insita proprietate, magna artis complexione commẽdatur. Vt non sit admodum difficile, fugitiuum istud mancipium in Asclepiadarum familiam asserere. Hoc ὑπόμνημα, illud σύγγραμμα Galenus uocat. Quę omnia aliàs cuiuis me probaturum spero, non sine amplissimo accensi nostri testimonio, dum his libris ortum, parentem, nomen & famam assignabimus. Etsi uerò in eandem inscriptionis causam Sextum secum inuoluit, quod parem fortunam experti, stili familiaritate, sententiarum communione, locorum repetitione, miro quodã modo inter se cõspirare uidentur,

in nul-

in nullo tamen nominis hæret crí-
mine. Galenus cùm propter tracta
tionis uarietatem, tum uerò etiam
doctrinæ modum, nominis autho
ritatem paulùm imminuere uide-
tur. Sed profectò istam tituli pro-
scriptionem, sententiarum circum-
scriptione, & propria quadam Hip
pocratis doctrinæ forma, ueluti ip
sa compensatione lenit. Nec uerò
eorum dignitatẽ ulla ex parte istud
conuellit, ut etiam facilè adducar
uix alios esse fœtus, qui se Hippo-
craticos præseferant, eoq; nomine
se æquius immortalitati consecra-
re & doctis uenditare audeãt. Sed
in propriam causam ingrediendũ
est, & communis nõ tanquàm ab-
iecta & afflicta deserenda, sed col-
locationis & ordinis tractatione
differenda. Hunc istum librum ab
Hippocrate scriptum esse, aut cer-
te à Thessalo filio (ut ne longè ab
Asclepiadarũ familia recedas) Ga-

Lib. 6. Epi dem. initio.

leni monimenta cumulatissimè testantur. Res ipsa, uerborum series, scriptionis genus, stili familiaritas, obscuritas denique ipsa & breuitas clamant, ut non aliunde me præconium illi facere posse existimẽ. Tituli cõmendatio etsi (ex Galeni authoritate) non ita propria, non usqueadeo tamen leuis, ut inducí omnino debeat, aliaq; irrogari. Nihil habet in hac de existimatione causa cum sexto commune, præter genuinam soli natiuitatem. Tempestatum inclinationes, regionũ circunscriptiones, aëris affectiones, temporũ constitutiones continet, eorumq; omnium momenta ad morborum facultates ita ponderat, ut nihil magis ad uulgarium morborum opinionem & famam requirendum sit. Quæ omnia etiam Galeni testimonio deferemus. Scribit enim Libro tertio Epidemiorũ, ὃν μὴ δεῖ πρώτῳ τῶν ἐπιδημιῶν λέγε πρό-

Lib. 2. de dieb. decr. & lib. 2. de diff. spi.

Comment. 3. initio.

τασάσεις ἔγραψε τρεῖς, ἐν ταυθοῖ δὲ μίαν ταύτην ἡμῖν νῦν ἡμῖν ἐξηγεῖσθαι πρόκειται. καὶ μὲν δὴ καὶ δεύτερον τῶν ὠνομασμένων ἐσί τινες ἄλλαι γεγραμμέναι, ἀλλ' ὁ δοκεῖ πρὸς ἔκδοσιν ἐκεῖνο, καθάπερ τὸ πρῶτον τε καὶ τὸ τρίτον αὐτοῦ ποιοῦσι. ὁ μὲν ὁ δὲ προγέγραπται περὶ διαγνώσεως τῶν γνωμένων, ὅθεν ἐν ἀρχῇ, τὸ διατάσασις ἐν ἐκείνοις τοῖς βιβλίοις, ἀλλ' ἄντικρυς διαγνώσεως ἄρχεται τῶν ἰσορισμάτων αὐτῷ, καὶ τά τε τὰ γνώμενα νοσήματα καὶ τίνων τοῦ πρόκειται θεραπεύειν. Quibus uerbis hunc penè cæteris exæquat, ut nõ neceſſe ſit, nos in nominis uendicatione eſſe ſubtimidos. Huc accedit Cranônę uulgata temporis conditio, tot ſcriptorum monimentis celebrata, quaq; haud ſcio an ſit alia hoc in toto Morborum uulgarium corpore, ad cauſam quam quærimus magis accommodata, aut ad nomen quod ambitioſè nimis aucupamur, ſua pernicie commendabilior. Quod nobis dicen-

dum hoc loco fuit, ut ex cæcæ opinionis gurgustio aliquãdo emergeremus. Ne quis ad hãc causam præiudicatam opinionem adferat, aut sibi fucum factum his Galeni uerbis existimet. *In proœm. lib. 6. Epidemiorum.* ὁ Περμωνίας ἐπὶ τῷδε τῷ βιβλίῳ πάμπολυ διαλάθει τοὺς πρὸ τοῦ καὶ τρίτου τῶν ὑπομνημάτων, ἅπαντας ἡγουμένους γεγράφθαι πρὸς ἔκδοσιν ὑφ' Ἱπποκράτους μόνα. τῶν δ' ἄλλων τὰ μὲν πέμπτον τε καὶ ἕβδομον φανερῶς εἶναι νόθα. τὸ δ' ἕκτον οὕτω καὶ πρὸ αὐτοῦ τὸ δεύτερον, ἃ ζῶν αὐτὸς Ἱπποκράτης ἑαυτῷ παρεσκεύασεν, φασὶν ὑπὸ Θεσσαλοῦ τοῦ υἱέος αὐτοῦ συντεθεῖναι. καί τινας μὲν ἡγοῦνται καὶ αὐτόν τι παραγράψαι τῷ Θεσσαλόν, τινὲς δὲ ἄλλους τῶν μετ' αὐτόν. φασὶ μὲν οὖν τοῦ πρώτου, καὶ τοῦ τρίτου τῶν ὑπομνημάτων διασκέψεις τέ τινας γράφειν τοῦ πολιέχοντος, ἐφ' αἷς τὰ ὑπομνήσαντα νοσήματα διηγοῦνται. ταύτῃ γὰρ ἔοικεν αὐτῶν αὐτὸς φαίνεσθαι τῇ λέξει χρώμενος, καὶ δὴ οὕτω καὶ τὸ ἐπίγραμμα τοῖς βιβλίοις οὗτος ἐποιήσατο, τῶν ὑπομνημάτων νοσημ-

μάτων

μάτων διδασκαλίας αὐτῆς γινομένης, ὃ
τῆν αὐτοῦ τοῦ Ἱπποκράτους ὠφελημίων, ἃς ἐ-
ποιεῖτο ἡμῖν τὰς πόλεις. ἡγοῦμαι δοῖ δὲ ὄντως μὲν
ὀλίγον ὄσιμ. τὸ δὲ πλεῖσον εἶδος τῆς διδα
σκαλίας, ἀφορισμοί τινες εἶναι φαίνονται,
ἡμῖν προγεγραφὼς ἕκαστος ἰδίαν γεγονότες, ὥ-
στε διὰ χρείαν οἰκείας ὠφελείας, καὶ ταῦτα
τὰ δύο βιβλία συγχύσαι δόξαι τῇ τοῦ
δημίων, ὀλίγιστον ἔχοντα τὸ τῆς ὠφελείας
οἰκεῖον. Quibus abundè à nobis sa-
tis esse factũ existimamus, ne quis
libellum hunc uerè Hippocraticũ
& artis præcepta penè complexũ,
in re minimi momenti, sua com-
mendatione deiecisse, aut (quod a-
iunt) fluctus in simpulo excitasse
uideatur. Hunc uerò totum in sex
Sectiones diuisimus. Quarum pri-
ma cùm omnium nobilissima, tum
etiã longè difficilima, insignes ha-
bet locos de lumbricis, autumno
eorumq; in sese collatione: ipsa ue-
rò signorum doctrina quàm grauiter notata aut breuiter expressa est:

Abſceſſuum denique tota ratio, dignatio etiam ipſa, quantis plebiſcitis rogata, quot decretis confirmata, ſancîta, demum etiam confixa eſt? Vt mihi facilè perſuadeam, tantam huic loco acceſsionem dignitatis & authoritatis eſſe factam, quanta contigit haud ſcio an in re Medica uemini. Secunda, præter ægrorum uariam recenſionem, placitis Medicis leuiter aſperſam, quàm elegantem de angina locum & Galeni doctrina commendabilem continet? Tertia, quàm uariè in tempeſtatis deſcriptione ludit? quàm uerbis ipſis, ſententiarum pondere, denique rerum obſcuritate ſui ſimilis Hippocrates? Et uerò totum de reſpiratione caput, quàm notabile? De tota autem partione, quod dicitur, & fœtus deſignatione, conformatione, motione, incremento & uitalitate, quàm eſt Medici-

næ arcanis consentiens, quàm Philosophiæ adytis consentaneum? Corporis humani deformatio etsi leuiter adumbrata est, pro rei tamen insolentia, Hippocrati fidem non abrogat, sed grauissimis Galeni interdictis à nobis asserta, ad agnatos & gentiles deducta, modestissimèque excusata est. Animi uerò per naturales notas cognitio, in reliquis non tam expeditur, quàm attingitur. Sed qua rerum cognitione condîta, quàm abstrusis sententijs referta? ut uel specie ipsa, mera Parentis nostri obscuritas & breuitas lateat. Quæ omnia, eo animo sunt à nobis expedita, ut facilè quiuis æstimet, ad reliquum negotium conficiendum, non tam uoluntatem, aut studium defuturum, quàm æquissimorum uirorum de optimo rerum sensu iudicium experiundum. Qua in re, si mutuò non respon-

respondetur, apud me tamen plus officij residere facillimè patiar. Nõ eram nescius (lector candide) dum hoc interpretationis munus tollerem, in quàm uastum opinionum fretum ingrederer, aut in quantas hominum reprehensiones incurrerem, quas omnino negligere intemperantis, non uitare uerò dissoluti & ieiuni animi semper esse existimaui. Quo in negotio ea à me adhibita est cautio, ut quorum ictibus appetitam nostram esse existimationem sentirem, eos si non possem effugere, quod tamen artis est reliquum, ne in corpus nostrum redundarent, promptissimis animis eluderem. Equidem diuinum Hippocratis sensum in animi notione tanquàm in uestigio reponere, obscuritatem explicare, maiestatẽ colere, sermonis antiquitatem pro eo ac debemus uenerari, religiosum, difficile, & penè nefas esse semper existi-

existimaui. Quò magis eos qui omnem operam collocarunt suam in Hippocr. scriptis eruendis, laude semper dignos duxi maxima. Omnino nobilissima est Hippocratis Medicinæ parentis, non extincta aut uetustate repressa, sed antiquitate uerēda memoria. Doctrina tum cognitiōe dignissima, tum uerò perpetuis artis firmamentis fundatissima & solidissima. Denique per totos rei Medicæ campos pertinens, latè fusam materiam mira sententiarum breuitate complexa, propria nominum significatione exuberans, simplicem dictionis elegantiam præseferens, obscuritate præcipua, ingeniorum tarditatē longis ante interuallis à se remouit, nunc uerò etiam doctissimos quosq; retardauit. Magna est excellentium ingeniorum in re Medica ubertas, magna doctrinæ authoritas, magna deniq; artis explicatio:

Galeni

Galeni copiam plerique omnes consectantur, Hippocratis subtilitatem mirantur magis atq; suspiciunt, quàm assequantur. Quo in doctrinæ genere palmaris est Iacobi Houllerij præceptoris doctissimi gloria, qui omnem suam industriã in explicando Hippocrate omnibus semper ita probauit, ut facilè in animum induxerit, ad dissipatas summæ ignorationis tenebrarum reliquias persequendas, hanc illi à Dijs immortalibus palmam esse reseruatam. De cuius uiri laude, etsi me quicquam delibare nefas est, spe tamen sum præditus maxima, doctissimos quosque in meis præsidijs & castris uersaturos, si præter uiuæ uocis efficacitatem, quam ad Hippocratis explanationem quotidie adhibet, ad huius quoque laudis accessionẽ, quam ille in Prædictiones Coacas nauauit diligentiam, fortuna nobis

nobis non inuiderit. In hac igitur tãta operis difficultate, me id consecuturum non existimaui, quod cæteri felicissimo ingenio prædi uix sibi uotis desponderãt. Sed profectò informatũ ex fidelissimis eruditissimorũ præceptorũ institutis, uitæ nostræ cursum, præclarum est ad aliquem finem tandem perducere. Quo in consilio id mihi iudicatum est, superata locorum difficultate, & uiarum asperitate præteruecta, nostræ peregrinationis decursum in plano leuiorem fore. Etsi non minus gratum est, extrema delere, quàm prima depellere. Visus est igitur hic portus, & loci natura munitus, & intercluso aditu penè inuius, dignissimus ad quem fortunis adhuc integris appellerem, quòd eo expugnato, ad nostræ causæ arcem expeditiorem uiam facerem, hostiumq; animos frangerem, si eum in quo omni

spe deli-

ſpe deliteſcebant, debilitatum, ſuperatum, & complanatum cernerent. Animos autem in hanc expeditionem addidit, quòd hoc præſidiũ quod in præſentia obſidemus, longis ante ſeculis, fideliſsimis Galeni copijs expugnatum, diligentia euictum, & uigilantia adæquatum eſt. Nunc uerò fato quodam, & miſerabili temporum iniuria bonis omnibus æmula, hoſtibus eſt proditum, & imis ignorantiæ tenebris deditum. Nos in ueteranis Galeni militibus conquirendis, in quibus plurimùm eſt roboris, diligentiæ in conſcribendo & recenſendo exercitu, labori in delectu faciendo, nullis neq; ſumptibus, neque uigilijs pepercimus. Adhibuimus etiam in ſubſidium ueterum exemplarium fidem, quę ſola eſt & certiſsima uulnerum Hippocraticorum medela. De quibus id tantùm hoc loco dicam, me regis Chriſtianiſ-

ſtianiſsimi beneficio, ex inſtructiſ=
ſima illa uniuerſitatis Bibliotheca
Fontanobellæa, in conſilium mea=
rum cogitationum tria exemplaria
adhibuiſſe. Additum etiam quar=
tum opera noſtra perquiſitum, &
amici cuiuſdam beneuolentia ob=
latum. Cuius fides tanti apud me
eſt ponderis, ut ſuo loco & taceri
non debeat, nulloq; tempore inter
moritura ſit eius memoria. De in=
terpretibus, etſi alio loco dicendũ
eſt, hîc tamen tantùm profitebor,
me ad eorũ lectionem tam ſobriũ
adhibuiſſe temperamẽtum, eamq;
modeſtiam, ut ne quem calumnia
perfunderem, authoritatem inter=
ponerem, liberumq; rationi iudi=
cium ad cauſæ integritatem reſer=
uarem. Hîc Caluí nulla pro merito
ſed rara quidem fit mentio, quòd
is eiuſmodi fuerit, ut ei artem deſi=
nere per omnes homines facilè li=
ceret. Alter gladiator eſt plurima=

rum palmarum uetus ac nobilis, cuius insignes multas palmas accepimus, hanc tamen primam esse lemniscatam apparet. Qui ut à gladijs aliquando recessisse uidetur, ita & nonnunquam cæteris tantulum de arte concedere. Steuæ industria, cuius in hunc quoq; librũ impensam fecisse audio, frui nusquam potuimus, etsi illam sedulò quæsiuimus. Quæ cùm ita sint, tuũ erit (Lector candide) gratam uoluntatis æstimationẽ, qua omnem nostrum laborem ad publicæ rationis studium contulimus, fauore & beneuolentia prosequi, ut æquanimitas tua nostram augeat in scribendo industriam. Cuius ad colligendas & constituẽdas nostras reliquias plurimùm indigemus. Magna laus est profectò & gloria, unum hominẽ elaborare in ea scientia quæ sit multis profutura. Sed cùm sint hæc omnia desperationis ple

nis pleniſsima, cuiuis uel modeſtiſ ſimo facilè calumniam ſtruere poſ ſunt. In hoc igitur cæcæ ſuſpicio= nis tormento, cùm plurima ad alie ni ſenſus coniecturã, non ad ſuum iudicium ſcríbantur, ſi minus ex= perti ſunt, quos ad omnia ſummũ & excellens armauit ingeniũ, nos certè ſentimus. Et Herculè ſunt hę res difficiles ad explicandum & ὁμοιοδλεῖς, nec tam poſſunt αὐθηρογρα φεῖσθαι quàm uidentur: & quod ca= put eſt, mihi quæuis ſatis iuſta cau ſa ceſſandi fuerat, niſi inuidiæ ſu= ſpicionem publico compendio e= xiſtimaſſem eſſe inducendam. A te uerò quem leuiter immutatum eſ= ſe metuo, paruam exigui temporis uſuram bonæ de me opinionis in præſentia poſtulo: ut eam, ſi quę di xero tibi probabo, perpetuò reti= neas: ſin aliter, hoc ipſo in loco de= poſitam atq; abiectam relinquas, dum exiſtimes ſecuri nimis eſſe

animi aliorum naufragia ex terra intueri,&

Mart. lib. 10. epig. 30

Si quãdo Nereus ſentit Æoli regnũ,
Ridere procellas tuta de ſua mẽſa.

Aut quod ait Sophocles, νῶϑ ſέγω,
Γυναῖς ἀπεῖσαι ψευδόλογ' φίλοισι φρενί.

Sed iam de cauſa, & fortaſſe extra cauſam, nimis multa. Et bona ſpe ingredi in reliquam oratio-nem nos oportet.

AVTHORES HOC IN OPERE CITATI.

Actuarius.
Aëtius.
Alexander Aphrodisæus.
Alexander Tralianus.
Apollonius.
Aretæus.
Aristophanes.
Aristoteles.
Athenæus.
Auicenna.
Cælius Rhodiginus.
Caluus.
Cicero.
Columella.
Cornarius.
Cornelius Celsus.
Demosthenes.
Dioscorides.
Empedocles.
Festus.
Fuchsius.
Galenus.
Hermolaus Barbarus.
Hesychius.
Hieronymus.
Hippocrates Cous.
Homerus.
Horatius.
Laurentianus.
Macrobius.
Manardus.
Martialis.
Mnesitheus Athenienſis.
Nicander.
Nonius Marcellus

lus.
Oribasius.
Paulus Ægineta.
Phauorinus.
Phrynichus.
Plato.
Plautus.
Plinius.
Pollux.
Ruellius.
Rufus.
Salernitanus.
Sudas.
Theodorus Gaza.
Theophrastus.
Thucydides.
Valla.
Varro.
Vergilius.

Item,

Oeconomia Hippocratis, ab Anutio Foësio ædita, at nondū impressa.

HIPPOCRATIS COI LIBER DE MORBIS VVLGARIBVS SECVNDVS.

Anutio Foësio Mediomatrico medico interprete & enarratore.

ΤΜΗΜΑ ΠΡΩΤΟΝ.

Sectio prima,

ΝΘρακες γὰρ λιμανῶνι θορινοὶ, ὕφυγρ γὰρ λαύμασι ὕδατι λαύρῳ λιθόλῳ. ἐγγίνετο δὲ μᾶλλον νότῳ. καὶ ὑπεγίνοντο μὲν γὰρ ὑπὸ λέγμασι ἰχῶρες. ἐγκαταλαμβανόμενοι δὲ ἐθερμαίνοντο, καὶ πυγσμὸν γὰρ ἐποίεον, εἶτα φλυκταινίδια, ὥσπερ τυφλοπώνεσσι φλανίσαντο, καὶ ὑπὸ τὸ λέγμα καίεσθαι ἐδόκεον. γὰρ λαύμασιν ἀνυδρίης, οἱ πυρετοὶ αὖτε

ἀρξάτω τὰ πλεῖστα. ἐν τοιούτοισιν δὲ ἢν ὦσι ψυχραὶ, ἰδρωτικώτεροι γίνονται καὶ ἀφ' ἑσπέρης. τοῦτο μὲν ἀνοσηρότερα μένει, ἢ ἄλλως. αὐτὰρ νοῦσον, εἰ μὴ ἔστι ἀπὸ τούτου, ἀλλὰ ἀπὸ τοῦ νότου τρόπου.

SECTIO PRIMA.

Hippocr. lib. 2. de morbis uulgaribus.

RAnône carbunculi, æstate grassabantur. Per magnos æstus affatim & continenter compluit, idq; ab Austro magis. Sanies quidem plurima cuti subnascebatur, quæ intrò conclusa dum incalesceret, pruriginẽ excitabat. Deinde uerò in pustulas erumpebat ijs affines, quę in ambustis fieri solent. Tantus inerat sub cute ardoris sensus, ut uri uiderentur. Magnis & squalidis æstibus febres, ut plurimùm sine sudoribus: in quibus si leuior imber guttatim defluxerit aut stillauerit, copiosio-

res

res statim sudores in febribus fiunt. Hæc diuturniorem & difficiliorem morbi solutionem habent, quàm si aliter contingerent. Minus tamen, nisi si hæc ab hoc rerum statu, sed & ex morbi natura procederent.

COMMENTARIVS.

Enarratio Anutij Foësij.

QVod solet Hippocrates in his Epimidiôn libris prætexere, ut temporis circunscriptionem & cœli temperiem, certum horum morborum fomitem definiret, id hoc sibi loco faciendum putauit. Non ita tamẽ, ut certos huic temporis cõstitutioni anni limites præfigeret, quod in alijs qui πρὸς ἐνδοσιν destinati fuerunt, fecerat. Nam etsi certum sit, hunc aëris ambitum calidum & paulò humentiorem, hos populares morbos uulgasse. Constat tamen æstate circunscriptum, atq; unius æstatis hanc mutationẽ fuisse, non totius anni, qualis fuit quæ libro tertio describitur. Non admodum insigni hîc humorum putrentium ferita te, quæ uel latissimè grassata est in pestilenti illo statu. Quod etsi sa

tis testatur Hippocr. dictio ἐτος νότιον ἐπομβρον, ἄπνοια διὰ τέλους, et γεγομένου ἦτοι ἐτος ὅλως νοτίου καὶ ὑγροῦ καὶ μαλακοῦ, & alia multa adscripta. Galeni tamen authoritas accedit, qui libro 1. de Temp. & Com. in Aph. 11. lib. 3. & Com. 1. in lib. 1. Epid. & 3. in lib. 3. Epid. has duas temporis circunscriptiones non aliter inter se committit, quàm quòd causæ magnitudine & temporis diuturnitate differunt. Hîc enim æstas sola natiuam temperiem excessit, ijsdem qualitatibus magnum incrementum assumente, toto anno in pestilente statu libri tertij, cum ingenti computrescentis humoris feruore. Vnde nos etiam Hippocratis circunscriptione usi, ἀνθρακώδεις φύσεις, carbunculos æstate grassantes uertimus. Prompto igitur in pluuias æstatis cœlo, putrilaginem humorum multam concitari parerat. Sunt enim putredines, τῶν ἐπομβρίων sobolles: quas σηπεδόνας uocat, & σήψιας. Carbunculi uerò non ab re erumpebant σκήπτωνται δυσκότι τῶν ἐν τῷ σώματι περιττωμάτων, καί τινας ἰχῶρας θερμὰς καὶ ὑγρὰς ἀμέτρως γεννησάντων, ut scribit Galenus lib. de Temp. primo. Eosdem lib. Epidim. 3. cum magna putredine annumerat his uerbis, ἄνθρακες πολλοὶ διὰ θέρος, καὶ ἄλλαι ἀσθενεῖς ἕλκώσεις. Cæterò hic locus est Galeno celebratißimus Com. 1. in lib. 1. Epid. & libro de

Lib. 3. Epid.

Aphorism. 6. lib. 3.

Temp.

Temp. 1. Com. etiam 1. in lib. 3. Epid. & Com. in Aphor. 11. lib. 3. & lib. 2. de Criſ. cap. 3.

¶ ἐν κρανῶνι.] Cranône uerti ſequutus Plin. qui ſcribit: Cranône fontem eſſe calidum citra ſummum feruorem, qui in uinum additus, triduo calorem potionis cuſtodit in uaſis. Cranôna idem Theſſaliæ & Magneſiæ adſcribit, ut ne longius abeam, ne in Galeni reprehenſionē incurram. Nunc mutato nomine, Ceres dicitur. Lib. 37. ca. 2. Lib. 4. ca. 9.

¶ ὕδατι λαύρῳ.] ὕδατα λαῦρα, πολλὰ καὶ μεγάλα ſæpe dicit Hippocrates. Hîc λαῦρα interpretati ſumus, πολλὰ καὶ λαῦρα. πολλὰ γὰρ λέγομεν, κἂν ἐν ὀλίγῳ χρόνῳ ὑπίλθῃ, καὶ λαῦρα, ὄξαιφνίδια, σφοδρά τε, λώστη καὶ μεγάλα καλεῖσθαι, ut ſcribit Galen. Quæ omnia uerbo affatim, appoſitè (ni fallor) reddidimus. Cæterū illud λὶ ὅλα, coniunxi λαύρῳ, Galenum ſequutus, prius teſtatis locis, qui id ita connectit. Vt uideatur hîc expreſſiſſe Hippocrates quod aliâs ſcribit, ὕδατα πολλὰ σωρηχέα καὶ ὀπίπη προσαγωγῆς. Adde quòd Gal. ὕδωρ ἐν καύμασιν ὕδατι λαύρῳ λὶ ὅλα, ὕδωρ σωρηχῶς interpretatur. Quod ſequitur, ἰγίνετο καὶ μᾶλλον νότῳ, legit Gal. ἰγίνοντο ἢ. ἰγίνετο ἢ, non malè. Nec uerò uideo cur Caluus νώτῳ quàm νότῳ legere maluerit. Lib. 1. Epid. Com. 2. in libro 1. Epid. Lib. 1. Epid. Lib. 1. de Temp.

¶ ἐν τῷ λήματι ἰχῶρδε.] ὑπὸ τὸ λήμα legit Gal. ἰχῶρες ſaniem uerti, non ſanioſum ſanguinem, ne ἰχῶρες.

quis me sanguinis serum dicere intelligeret. Sed ut humorem quendam serosum, aqueum, tenuem, uirosum, malignum & excedentem explicarem. Quanquam ἰχωροειδὴς αἷμα Hippocrati hæc omnia complectitur, cùm sanguinem κατ' ἀδιηρέτησιν omnes in uasis humores complexũ significet, non ἁπλῶς λιπῶδες καὶ ὑδατῶδες αἷμα, ἀλλὰ καὶ μετά τινος ἰκωδους καὶ πανοῦργος δυνάμεως. Est igitur ἰχὼρ, ἰχωροειδὴς αἷμα, περιέχον ἐν ἑαυτῷ μοχθηρὰν ὑγρότητα λιπῶδη, ἐχ υδατώδη καὶ ἀραιὸν, ἀλλὰ δακνώδη καὶ διαβρωτικήν. Porrò hunc locum adducit Galenus Com. 2. in lib. 6. Epid. ubi ὑπὸ τῷ ῥέγματι legit. Libro autem 2. gnosticôn, ἐν τῷ ῥέγματι, ut hîc, eodem utrobique sensu.

Lib. 6. Epid. sect. 2.

φλύκταινα.

¶ φλυκταινίδων.] φλύκταινα Hippocrati sunt pustulæ in summa corporis cute enascẽtes, quas hîc φλυκταινίδας, aliquando uerò φλυζάκια καὶ ψυδράκια uocat. Harum ortum mirè explicat. Fiunt enim à sanie tenui & erodente, cuti subtenta, humore uelut acriori & biliosiore, concalfactu lancinante & cutem pungente. Quicquid nanq; in cute laxius est, facilè peruadit & penetrat. In corporis autem summa planitie compactiore & densiore hæret. Sunt demum ijs similes, quæ ex ignis ustulatione aut urticæ uredine oriuntur, quas eleganter πυρικαύτας nominat.

Quæ

Quæ libro περὶ χυμῶν. αἱ ἀπὸ πνευμάτων ἐπιγιγνόμεναι φλύκταιναι dicuntur. Huius ſunt generis quæ Hippocrates ἵδρωα uocat, alij ἱδρωτήρια, nos ſudamina aut papulas ſudorum, cum Plinio rectè dicemus. Sunt enim ex eorum genere, quæ in ſummam cutem erumpunt, & eam ulcerum inſtar exaſperant, καὶ γίνονται καθάπερ καὶ αὐτὸ τὸ πνεῦμα ἐν δάκνυται, διὰ τὰς πολλὰς ἱδρῶτας, ὅταν χολωδέστεροι πῶς ἢ ὅλως δακνοδέστεροι τυγχάνωσιν ὄντες. ὀδαξῶσι γὰρ ὅτῳ τὸ δέρμα, καὶ κνησμῶδες ὀργάζονται, καὶ τραχώνωσιν ἀλκωδῶς. Hîc Galenus φλύκταιναι legit 2. Prog. & 1. de Temp. & αἰνίσσετο & ἐπανίσσετο, ut ſolet aliquando uariata lectione, eadem tamen ubiq; notione. Aph. 20. lib. 5

¶ ἰδρῶτα ἐν καύμασιν.] Illud ἰδρῶτα, ſuperiori iunxi: ut ſit, ὑπὸ τὸ δέρμα καίεσθαι ἰδρῶτα. Galenum ſequutus, qui hanc lectionem ubiq; ſeruat.

¶ αὐανθείης.] αὐανθίλω cœlum ſiccũ & ſqualidum uocat, quod ſudum rectè dicimus, ſignificantes ab imbribus ceſſationem. Qua enim forma ἄπνοιαν τὸ νήνεμον intelligit, eadem & αὐανθίλω expreſsit. Vtitur hac dictione Hippocrates libro primo Epid. & Aphoriſmo 24. lib. 3. βόρειον καὶ ἄυδρον τὸ φθινόπωρον αὐχμηρὸν dicens, ὀλίγον γὰρ διαφέρει ξηρὸν, ἢ αὐχμηρὸν, ἢ ἄυδρον εἰπεῖν, Galeno teſte. Hanc ſententiam repetit Galenus prog. 2. ἐν καύμασιν αὐανθίης ὠφελεῖ. αὐανθείης Statu primo

τοὶ ἀνιδρῶτοι τὰ πλεῖστα, τοῖς ὑγιὰ ψυχάσιν, ἱδρωτικώτεροι γίνονται. Vbi ἀμυδροῖς pro ἀνυδρίνις uitiosè legitur. Hìc uerò ἐν ναύμαχσιν, initium alterius sententiæ fecimus, post Galenum, uetustißimum nostrum exemplar secuti.

Ησιν ὀδίνων.] *Nostri seculi petulans intemperantia & effrenata luxuria, miseram de fœtu securitatem in mulierum animis indidit: ut non deteriore conditione diuinæ mentis domicilium, & totius uniuersitatis alta specula, in lucem edi possit, cùm deploratissima suæ conformationis habeat primordia, in quibus inconstans unius mulierculæ arbitrium, ad omnia præceps, paginam utranq; faciat. Ita perfectissimum omnium animantium cæteris imperaturum, & fortunæ alumnum, uentris alueo concluſum, in horas & momenta ſexcentis casibus, ut fluctibus, obruitur. In quibus non alia maior pernicies, quàm gulæ & libidinis intemperies. Tantæ molis est, eum qui dominari in cætera possit, propitio partu in lucem edere. Vt sæua mercede & ferè cum uitæ dispendio, naturæ munera nobis dependenda sint, quæ*

lucis

lucis huius usuram propè iniqua conditione mortalibus nouercata est. Tam iustis igitur lachrymis miseræ huius uitalitatis necessitas quiritanda est. Isq; demum profectò uitā æqua lance pensitabit, qui semper fragilitatis humanæ memor fuerit. Diuinus igitur Hippocr. huiusce matrum circa fœtum indiligentiæ sibi bene conscius, eas eleganter hoc placito monet, ut intra statum pariendi, totumq; gestationis tempus, ab his quæ fœtum lædunt & propè diuellunt, sibi temperent. Qualia sunt nimia uitæ incontinentia, uoluptatis & libidinis indulgentia, animi affectiones insignes, petulans saltatio & corporis elegans nimis pressura, uestium strictura, cæteraq; id genus quæ abortionis periculum plurimùm aduehunt, plurimaq; memorantur ab Hippocr. lib. 1. γυναικείων. Quòd si quid etiam à natura noxiæ incumbat, ex his quæ minimæ ab arbitrio nostro pendent, minus uitalem fœtum futurum significat. ἀπόγονα uerò hîc idem quod Hippocrati γόνιμα aut γονὰς libro περὶ σαρκῶν significat, etsi successionem quandam uitalitatis & propaginem auctariò retinet. Vt ambigua sint exemplaria quæcunq; ἄγονα legunt, ut scribit Galen. Quare mirum uidetur quomodo Caluus non perfecta aut non uitalia uerterit. Cæterùm quæ hîc plurima ab Hippocrate de partione eiusq; tempore

ἀπόγονον.

In Exegesi.

scribuntur

ſcribuntur eadem lib. 6 Epidemiorum repetuntur: qua in re non eſt quòd poſt diligentiſſimam doctiſſimi Fuchſii optimeq; nauatam induſtriam cum tædio longiores ſimus.

¶ Τὰ ἐπιφαινόμενα.] Iſtud cùm diligentiſſimè ſit à Fuchſio unaq; doctiſſimè enucleatum, uidemur hìc magna laboris parte defuncti. Caluus hãc ſententiam cum ſequente iunxit, nec quid uideret intellexit.

¶ Οἱ πόνοι σὺν τοκετοῖσι.] Hîc πόνοι, partus labores ſignificant, qui circa fœtus eductionẽ fiũt, dum ſuo maturitatis robore, diſruptis membranis & calcitratione exitum ſibi molitur. Tunc temporis enim membranæ (fœtus in utero uelamina) non ſecus ac ſpicarum paleæ ſuo maturitatis tempore laxantur, & fœtus grandeſcentes roboris pleni, ſuopte impetu uincula diſrumpunt ac uiolant, partumq; fieri cogunt. Quod ſeptimo menſe contingere ſcribit Hippocrates. Hi igitur partus labores ſtato tempore fiunt, ſeptimo, octauo, nono, decimo, undecimoq; menſe. Motionis autem fœtus in utero tempus, etſi non undiquaq; conſtans eſt, marem tamen tertio, ut fœminam quarto menſe moueri, paſſim ſcribit Hippocrates, quod tota philoſophorum ſchola retinet. Septimeſtrem autem fœtum ut perfectionis, ita & motionis prærogatiuam quandam ha- πόνοι.

t

bere oportet, ut etsi tertio mense moueatur, eius tamen initia attingat. Qui igitur septuaginta diebus mouetur, septem mensium partum facit. Ter enim in se ducta septuaginta, ducentos ac decem conficiunt dies, quæ ratio septimestrium est est ex Hippoc. Non secus si nonaginta ter in se se duxeris, ducentos ac septuaginta dies (nouimestrium rationem) conficies. Hæc uerò triplicatis ratio, etsi diligentißimè et apertißimè à Macrobio libro primo Saturnalium ducitur, celebratur tamen ab Hippocrate libro περὶ σαρκῶν, his uerbis: ἔχει δὲ τὸ ἐπτάμηνον γενόμενον, ἡμέρας ἑπτάκις ἑβδομάδων. ὃν δὲ τὸν ἑπτάκις ἑπτάκις ἑβδομήκοντα ἡμέραι. ἡμέρας ἑπτάκις δὲ ἑβδομάδων αἱ σύμπασαι ἐννακόσιαι καὶ χίλιαι. Capite 6. Hîc uerò deficit triplicata illa nouimestrium ratio, quæ libro sexto Epidemiorum adscribitur, et profectò addenda uidetur ex ueteri nostro exemplari. Sic enim legit: ὃ, τι ἐν ἑβδομήκοντα λύεται ἐν ἡμέραις τελεῖται, καὶ ὃ, τι ἐν ἐνενήκοντα λύεται, ἐν τριακοσίαις τελεῖται. Quanquam paulò aliter lib. 6. Epidem. legitur. Porrò si cui uetus & pristina lectio arrideat, assensorem habet Hippocr. lib. περὶ φύσιος, fœtus formationem & incrementum ex opinionum uarietate pensitantem, dum scribit. ὃν τύπωσιν, ἐν ἡλίοις, ὃν λύσιν ὁ, ὃν τελειότητα σί. Sic enim fœtus cõformationi dies quinq; & triginta tribuit, motui septuaginta

ptuaginta, absolutioni ducentos & decem. Qui numerus septimestrium rationem ex Hippocrate facilè init, et hanc triplicitatis auctionem comprobat. Ac ne quis de maribus id solùm dictum existimet, addit postea, ἄλλοι φασὶ ὃς μὲν ἐν λίνησιν, οὗ δὲ ἐξοδον σι'. Certum est enim ex Hippocratis ratione, marem triginta, fœminam duobus & quadraginta diebus conformari.

¶ Οτι μετὰ γυναικεῖα.] Menstruæ purgationis statis uicibus uteri sinus dehiscunt, ad repurgamentorum uias, quæ humidioribus naturis pleniora sunt, ut pro innatantis humoris copia semen extinguant, & ueluti inundationis copia obruant. ὁκόσαι γὰρ ἰκμαδύγρους ἔχουσι τὰς μήτρας, ὑπὸ λυΐσησιν, ἀποσβέννυται γὰρ αὐτῶν ὁ γόνος, ut scribit Hippocrates in Aphor. Exiccantem igitur uictus rationem humentioribus naturis rectè consulit primo γυναικείων Hippocrates, si modò conceptum procurare uelimus. Cui etiam subscribunt Aëtius libro decimosexto, & Paulus libro tertio. Ac ueluti dum semina terræ mandamus, si humentiorem agrum nacti, præ aquarum copia semen terræ affigi non potest, sed statim eluitur, ut radices agere non possit: ita longe citius id in hac uitali semente accidit, ut nimio humidi affluxa genitalis urina totius ἀκμιουργίας opifex, suopte impetu iam fluxilis Aph. 62. lib. 5

elabatur & effluat, in exiccatis interioribus oſculis tenacius ad fœtificandum inhæreat. Quod hìc conſulit Hippocrates, ut ne addam, eum conceptus rationem obiter innuere, dum deſinente menſtrua purgatione ex hiantibus uteri oſculis liberis ſtudendum eſſe innuit. Quod etiam ſcribitur lib. 1. περὶ γυναικείων. ὧν μὲν οὖν ξηρότητι καὶ ἀναιμίη καὶ σύμπαν γένηται, ὅτως ἴτω παρὰ τὸν αὐλεῶνα τοῖσιν ἀρχομένοισιν ὑδρωπικοῖσιν. ἄριστον δὲ σὺν ἀπολείπεσθαι, καὶ ἔτι ἐόντων μᾶλλον ἢ ἀποφανέων. Rurſus quoq; paulò pòſt. ὧν δὲ ἀποκαθαρθῶσιν αἱ γυναῖκες, μάλιστα σὺν γαστρὶ λαμβάνουσιν, ἐμπρησθεῖσαι, καὶ ὁ γόνος σφῆσι ῥώννυται, ὧν μισγέωσιν ὅτι χρὴ, ἢ ὅτῳ αὐθρώπῳ ῥηϊδίως μίσγεται. καὶ ὧν ἐπικρατήσῃ τῷ ἑτέρῳ ἀδελφισαι. τότε γὰρ μάλιστα τὸ σπέρμα τῶν μητέρων λίχνον, καὶ τιτανόδες ἐστι καὶ μετὰ τὰς καθαρσίας, καὶ αἱ φλέβες τὴν γονὴν σπῶσιν· σὺν δὲ τῷ πρὶν χρόνῳ, τὸ τε σπέρμα τῶν μητέρων μέμυκε. καὶ μᾶλλον αἱ φλέβες πλέαι αἵματος ἐοῦσαι, ἧσσον ὁμοίως σπῶσι τὴν γονήν. Idem quoq; ſcribitur lib. περὶ φυσ. παιδίου. ὅτι ὧν μὲν ἀποκύσωσι τὸ αἷμα τοῦ ὑὸς γυνὴ, λαμβάνει σὺν γαστρὶ, ὧν δὲ πλήρης ἦν, ὁ μὲν γὰρ τῶν μητέρων καὶ τῶν φλεβῶν γινόμενον τὸ αἷματος, λαμβάνουσι πρὸς σφᾶς αἱ γυναῖκες τὰς παίδας, μετὰ γὰρ τῶν καθαρσίων τὴν καθάρσιν, αἱ γυναῖκες λαμβάνουσιν σὺν γαστρί. Galen. quoq; lib. περὶ σπέρματος priore, idem ſcribit, dum ſenſum attractionis in utero ineſſe contendit. γίνεται

dit. γίνεται δὲ μᾶλιστα τὸ τοιοῦτον, ὅταν πεπαυμένων τῶν καταμηνίων, ὑγιέα μᾶλιστα συλλαμβάνουσιν αἱ μὴ ῥαιστὸν γονεῖν. Reliqui interpretes, dextri sinus mentionem maris conformationi, ut siniſtri fœminæ, accommodant. Quod etſi facilè ſubindicatur, non eſt tamen quòd exprimi debere uideatur.

¶ Ὅτι θᾶσσον λυκθεὶν.] Maris perfectio et in utero conformatio eandem quæ motionis maturitas dignationem habet. Perfici enim marem triginta diebus, fœminam duobus & quadraginta, teſtes ſunt omnes philoſophi præcipuè uerò Ariſtot. lib. 7. hiſtoriæ animaliũ, & Galenus lib. 6. de ſem. priore. Cuius rei maris calidiorem & robuſtiorem naturam cauſam facit. Eſt enim fœminarum natura (ut inquit Ariſtotel.) ἀῤῥωστοτέρα καὶ ἀτιμοτέρα. Doctrinarum uerò lumen Diuinus Hippocrates huiuſce conformationis tempus & celeritatis cauſam aperit lib. περὶ φύσ. παιδίου, his uerbis: πολλαὶ γυναῖκες ἤδη διάρθρεσαν ἔσχον, ὀλίγῳ πρόσθεν ῥιῴκουσαι ἡμέρῃσιν, καὶ εὔαρθρον ἐφαίνετο. ὁπόσαι δὲ ὕστερον, ἢ ἅμα τῇσι ῥιῴκουσαι ἡμέρῃσι, διηρθρωμένα ἐφαίνετο τὰ ὄντα, καὶ ἐπὶ τῇ ἕβδομῃ σὺν τεσσαράκοντα καὶ δύο ἡμέρῃσιν. ἐπὶ δὲ τῷ ἕβδομῳ, σὺν ῥιῴκουσα. ἰσοῤῥέπουσι γὰρ αἱ ἀναμβλώσιες τῶν παιδίων καὶ τῶν λοχείων αἱ καθάρσιες. αἴτιον δέ ἐστιν, ὅτι τὸ θῆλυ πήγνυται ὕστερον, καὶ διαρθροῦται, ὅτι ἡ γονὴ ἀσθενεστέρη

Capite 5.

ὀξὺ, καὶ ὑγροτέρη τῆς θηλείης ἢ τὸ ἄῤῥεν. καὶ ἀνάγκη ὀξὺ διατὰ τοῦτον τὸν λόγον, ὕστερον φύγγυσθαι τὸ θῆλυ, ἢ τὸ ἄῤῥεν. καὶ ἡ διάθαρσις χρονιωτέρη τότε ἔσται ἐπὶ τῇ θηλείᾳ ἢ τῷ ἄῤσενι. Hîc igitur τὸ διανεικὸν, διαπλαδὲν, διαῤῥωδὲν καὶ μορφωδὲν significat. At uerò eadem celerioris motionis in maribus causa est, quæ & conformationis. Vitalitatis enim robur, & ex calidiore crassioreq; semine sumpta primordia, in causa sunt, ut mas tertio mense, fœmina uerò tum demum quarto, in utero moueatur. Quod testatur Hippocr. lib. περὶ φύσ. παιδίου. ὅταν δὲ τὰ ἄκρα τοῦ σώματος καὶ τοῦ παιδίου ὀξωδῆ ἔχῃ, καὶ οἱ ὄνυχες καὶ αἱ ῥῖνες ἐῤῥιζώθησαν, τότε δὴ καὶ διανίεται. καὶ ὁ χρόνος ὃν τοῦτο γίνεται. τῷ μὲν ἄῤσενι, ἑβδόμῳ μησίν. τῇ δὲ θηλείᾳ τεσσαρσὶν. ὧδε γὰρ ἕκαστον συμβαίνει. ἔστι δὲ ἃ καὶ πρόσθεν τῶν παιδίων, τότε τὸ χρόνος διανίεται. διανίεται δὲ πρῶτον τὸ ἄῤσεν, ἀπὸ γὰρ ἰσχυροτέρης καὶ παχυτέρης γονῆς γίνεται. Idem etiam repetit primo γυναικείων. Præcocius autem incrementum adesse fœminis solet, ob humidam naturam & ceream membrorum mollitudinem, quæ materiam ad auctionem, reapse efformationi sequacem imuitat. In solidioribus autem & firmioribus naturis, robur firmitudinem addit, nec ita facilè ob materiæ tenacitatẽ, membra diducuntur, aut uasa ipsa fistulantur. Quæ causa est cur citius maribus, fœminæ pubertatis primitias

primitias decerpant. ut scribit Hipp. lib. περὶ ἑπταμήνων. καίτοι τἆλλα ὅταν χωριαθῶσιν τὰ μικρὰ αἰὲ δυνατίζει τὰ λόγου βάσεον ἢ βῶσι, καὶ φρονήσωσι, καὶ γηράσκωσι διὰ τὸν ἀσθενέα τι τὸ σωμάτων, καὶ τὸν λίαν τάχυ. Ad huius uerò sententiæ pondus, Plinij fides acceßionem magnam facit, dum scribit lib. 7. fœminas gigni celerius quàm mares, sicut celerius seneſcere, ni mendum ſubeſſet. Philoſophorum enim placitis repugnat, fœminas maribus celerius gigni. Quare me facilè æquum ferent iudicẽ, qui gignere, non gigni, legendum eſſe exiſtimabunt, fœminæ enim liberorum procreationi celerius maturæ fiunt quàm mares. Capite 43

¶ Οἱ πόνοι.] Laboris nomine quicquid toto geſtationis tempore accidit, hîc intelligitur, ſiue in fœtus conformatione, ſeu motu, abortione, perfectione, aut editione contingat. Vt autem homo incerto ſpatio gignitur, ita demum inconſtantes ſunt labores. Pro uaria enim cœli, regionis, ætatis, uictus, temperamenti, mulierumq; ſemen excipientium natura, geſtationis & fœtus, ac demũ partionis ambigua eſſe tempora par eſt. Quod in terræ ſeminibus mandandis accidit. Eſt enim quoddam quod triũ menſium ſpatio proueniat, & à rei ruſticæ peritis trimeſtre triticum dicitur, quoddam uerò quod in annum maturitatem aut incrementum differat. Hanc in tota fœtura

leuitatem indicat Hippocrates libro περὶ ἐπταμήνων, his uerbis: τῶν δὲ γυναικῶν αἱ συλλήψιες τῶν ἐμβρύων, καὶ οἱ ῥωσμοί τε καὶ οἱ τόκοι ἐν τετάρτῳ τῷ χρόνῳ λήγουσι, ἐν ᾧπερ αὖτε νοῦσοι, καὶ αἱ ὑγίειαι, καὶ οἱ θάνατοι τοῖς σύμπασιν ἀνθρώποισι. ταῦτα δὲ πάντα, τὰ μὲν, διὰ ἡμερέων, τὰ δὲ κατ' ἐνιαυτόν. ἐν πᾶσι γὰρ τοῖς χρόνοισι τετάρτοισιν ἔνεστι πρὸς ἕκαστον, πολλὰ μὲν ξυμφέροντα, πολλὰ δὲ πολέμια. ἐν μὲν οὖν τῶν συμφερόντων αὖτε ὑγίειαι γίνονται, καὶ αἱ αὐξήσιες. ἐν δὲ τῶν ἐναντίων, αὖτε νοῦσοι καὶ οἱ θάνατοι. Libro ue rò Epidemiorum sexto, ὧδε πλείονα χρόνον οἱ πόνοι, ῥίπτω, πίμπλω, βάλλω, ἐνάτῳ μηνὶ, λύτρῳ, τεταρτῳ, ἕκτῳ. Vbi pares imparibus menses coniungit. Quã sententiã hìc quædam exemplaria legunt, & hanc lectionẽ secutus uidetur Cornarius. Porrò quòd hîc tertium & quinquagesimũ cum sexto & centesimo attingit, non longè abest ab opinione libri περὶ φορῆς. ἄλλοι δ' ὧδε ἰάλλω, ὃν πρῶτον ἄλμα ϛ'. ὃν τελεόσπλα τ'. Cæterùm illud μηνιαίοις, ad πόνους referendum uidetur, et hoc sensu capiendũ. Quòd si rationem per menses ineas, quos diximus labores in tertium et quinquagesimum diem incidere, secundo mensi tribues: quos autem in centesimum sextum, quartum mensem attingent. Hæc enim dierum supputatio in hos menses exire solet.

Sectione 8.

¶ Λεῖ εἰδέναι ὃν τὴν ἐπτάμηνον.] Rationem habendam

bendam esse septimestris & nonimestris partus significat, eiusq; qui hos menses superat. Vitales enim sunt, & rationem hebdomadum Hippocraticarum subeunt. Nouem autem menses, ducentorum & septuaginta dierum numerum conficiunt, ut indicat Hippocrates libro περὶ σαρκῶν. ἐννέα δὲ μηνῶν καὶ δέκα ἡμερέων γόνος γίγνεται καὶ ζῷ, καὶ ἔχει τὸν ἀριθμὸν ἀκριβέα ἐς τὰς ἑβδομάδας. τέσσαρες δεκάδες ἑβδομάδων ἡμέραι εἰσὶν δεκτικόσιαι ἑβδοήκοντα. ἐς δὲ τὴν δεκάδα τῶν ἑβδομάδων, ἑβδομήκοντα ἡμέραι. Quam Hippocratis opinionẽ sequitur Auicennas fen 21 tertij. Quòd autem hîc Græcos menses uocat plenos & integros, quos solares dicimus, intelligit: ut ex Hippocraticæ πραγματείας numeris satis conijcere licet, quos partioni attribuit. Etsi ea ratio non usqueadeo constans est & solida, quin negotium uel sagacissimo facessere posit. Quando uerò nostri seculi doctrinarum præcipua lumina hunc dierum & mensium calculum attigerunt, non est quòd ad eorum authoritatem nostrũ intercedat iudicium: dum ea tantùm quæ in rem præsentẽ sunt, dicere uoluimus, uberioremq; huius negotij cognitionem aliò amandamus. Quod sequitur, καὶ ἔτι προσίτι τούτοισι, decimum & undecimum mensem designat, qui prædictos dierum accessione superant. Subauditur autem ex Hippocratis La- Capite 1.

coniſmo σκιαπτίον, aut ἀᾶ εἰλύειν, aut aliud quid ſimile, ut ferè in ſuperiore tota periodo, quod non eſt in hoc ſcriptore infrequens aut inſolens.

¶ Τῶν ὀμμάτων καὶ ὠμάτων.] Lactis originẽ non aliam eſſe quàm ſanguinis, comprobat eadem utriuſq; eſſentia & natura. Lac enim ſanguinem eſſe in mammis expreſſum, & ibi à glandulis ſua affectione candefactum, certum eſt. Sunt igitur mammæ in fœminis capacitatis uteri indices, quæ maturam uiro & plenis nubilem annis puellarem integritatem oſtentant. Quod σφειγαῦ dicit Hippoc. lib. περὶ γυναικείων καὶ ἀφόρων. Incrementum igitur in fœminis & maturiores annos ex mammarum ſucculentia & diſtenſione oſtendit Hipp. & Ariſt. lib. 4. de gen. animalium. Etſi poſſunt à flatibus intumeſcere, qui fungoſam & ſpongioſam mammarum naturam ſubleuant. Incontinentia quoq; & plenior uictus ratio capiti incrementum addunt, quo ad oſſa ipſa ſtabilitatem grandiori ætate determinatam acceperint, quæ ut author eſt Ariſtotel. ſerò pueris durantur. ἀκρασία autem, idem quod ἀκρασία, incontinentiam & uictus intemperantiam aut luxuriam ſignificat, ut ex Ariſt. in Quæſtionibus naturalibus patet. ἀκρασία tamẽ ferè ſemper Hip. impotentiam ſignificat. Deſcribit igitur Hipp. grandioris ætatis & uirilitatis terminos, dum membra

Capite 8.

Lib. 7. Ariſt. animal. hiſt.

Sectione 27.

membra ipsa perfectam absolutionem compleuerint. Hæc autem sententia adeò ex sese obscura est, ut quid uoluerint interpretes, difficilè sit ex eorum lectione eruere.

¶ Τῶν ἐπιμηνίων ὡρισμένη.] Cùm stata sit et determinata à natura purgationis mẽstruæ in fœminis uicißitudo, si quæ quibusdam de causis, repurgamentorũ aditus impeditos habeãt, ut ſuſpecta ſua mala, ita et ſanitatẽ in præcipiti habere debent. Quod multis modis explicat in ſuis Muliebribus Hip. Hîc uerò grauitates et uteri pondera quæ purgamentis cõcluſis cõtingunt, ſugillat & octimeſtribus laboribus æquat, quòd magnã malorũ molem ſecũ aduehãt. Sæpe enim grauiores inde labores quàm in fœtus editione ſuſtentãtur. Sæpe uerò mortis periculum in propinquo eſt, cùm purgamentorũ lenta quæ ſex mẽſes ſuperat ignauia, medicamentorũ opem refugiat, ut ſcribit Hip. in Muliebribus. Etſi uerò ſunt apud eundẽ plura quæ purgationis menſtruæ moram cõdemnant, eſt tamen præcipuus quidam in rem præſentem locus, primo περὶ γυναικείων, ex quo abundè ſatis noſtræ enarrationi factum uolumus, ὧν αἱ τὰς ἐπιμηνίους παντάπασι μὴ ἰοῦσαι, γίνεται τοιάδε, ἢ πάχος, ἢ γλίσχρα ἢ πολλά. χρὴ οὖν πρῶτον τῶν πολλῶν καθῆραι, ἄνωθεν καὶ κάτω, ἔπειτα τὰς ὑστέρας προσθεῖναι, ἀφ' οὗ αἷμα καθαίρεται καὶ διαλείπειν, καὶ πίσσαι ὑφ' ὧν αἷμα

αἷμα

ἅμα ἐκ. πίνειν δὲ καὶ μετρίως μὲν ἐν οἴνῳ τῷ ἀπὸ λαυδὸς, ὧν δ' οἱ ῥόδον μὴ γίνηται, ἔστω ὅτι δοκίμων ἐγκύμονα ἄνευ, καὶ μισγομένῳ αὐδρὶ, ἀλείφειν, ὅτι δοκίμων ἐγκεφαλίτιδι. καὶ βρίθος ἐν τῇ γαστρὶ ἐγγίνηται. καὶ ἡ γαστὴρ πρόπτεται, καὶ ἐμέρηται ὑδροφισμένως ὡς ἐν γαστρὶ ἔχουσα. καὶ μαρμαίρειν, ἐπ' ἐνίοις ἡμέραις πρωτίστοντα μάλιστα ἴωσι, καὶ πόνος ἔχει, ἄλλοτε καὶ ἄλλοτε τῇ γαστρὸς τὸ κατὰ τὸ ὀμφαλὸν, τόν τε ῥάχιν, καὶ τὰς βουβῶνας, καὶ τὸν ὀσφῦν. καὶ ἐπ' ἐνίοις μῆνες δύο ἢ τρεῖς γένωνται, ἔστιν ὅτε ἐρράγη οἱ κατὰ τὸ αἰδοῖον τὰ κατα μήνια ἀδρόα, καὶ δοκέει ὥσπερ σαρκία εἶναι τὰ ἀπίεντα, ὡς ἐκ διαφθορᾶς, καὶ μέλανα. ἔστι δὲ ὅτε καὶ ἕλκεα γίνεται ἐν τοῖσι μήτρησι. καὶ δύσεται προσέχειν τῇ μελίτῃ. πολλοῖσι δὲ συμβαίνει, ὥστε δοκέειν, ἐξ ἐνιαυτοῦ ἔχειν ἐν γαστρί, ἢ καὶ ὀλίγῳ ἐλάσσονα χρόνον, καὶ ἡ γαστὴρ πρόπτεται. καὶ τὰ ἄλλα οἱ δοκέει γίνεσθαι ὥστε ἐν γαστρὶ ἐχόντι. ἐπεὶ ἔστιν ὅτε καὶ πύοντα. ἐρράγη ὑπὸ τὸ βουβῶνος ἅμα τῷ πίπτειν ἢ ἅλλῳ μέρει, καὶ ὁδὸν ταύτην ἐποιήσατο. ἔστι δὲ καὶ ἕλκεα γίνεται ἐν τοῖσι μήτρησι καὶ κάτω ὑπὸ τὸ βουβῶνος καὶ κινδυνεύσῃ ἀποθανεῖν. ἐν δὲ καὶ πρηγνήται ἄφορος ἔσται. ἔστι δὲ ὅτε κατὰ τὸ αἰδοῖον ῥήγνυται. καὶ χωρεῖ αὐτὴν σκληρότης καὶ πυώδεα. καὶ ἀπὸ τούτων ἕλκεα ἐγγίνεται ἐν τοῖσι μήτρησι. καὶ κινδυνεύσει καὶ χρὴ, ὅκως μὴ τὰ ἕλκεα παλαιὰ γένηται, ἐκβρύειν προσέχοντα. ἄφορος δὲ καὶ αὐτὴ γίνεται, ἐν γε καὶ ἐνδῷ, ἐν δὲ μὴ οἱ ῥαγῇ τὰ κατα μήνια διεφθαρμένα ἐξ ἐνιαυτοῦ, πέσεται πάντα ἅμα τῇ ἀτόκῳ τὰ κατα μήνια ὁδὸν δ' ἐναμέλγειν ἐφυ-

ρᾶν. καὶ

γῶν. καὶ ὧν μὲν ἀραιότερόν ἐστιν, ὑγιὲς ἔσται. ὧν δὲ μὴ, διαρρήσασα καὶ ἐς ἐκτὼ μῆνας δύνεται. Labores autem octimestres magnum in puerperio negotium facessere testatur Hippocrates libro περὶ ἑπταμήνων καὶ ὀκταμήνων, cùm eam quæ in octauum mensem incidit uteri gestationem operosam, molestam & perdifficilem, cùm fœtui, tum uerò etiam puerperæ esse scribit. Huic quidem ob pueri in utero cõcluſi inordinatos motus, uteriq; tum se incommodius habentis proprias affectiones, suspectam esse partionem necesse est: fœtum uerò lædi oportet à proprio quo se imbellis adhuc præcipitat exeundi motu, & à matris uteriq; in quo continetur affectu. Atq; adeò hæc ad unius lectionis comprobationem dicta sint, quæ πρὸς τούτων legit. Quæ ueteris nostri exemplaris authoritate non temerè confirmatur. Constans uerò codicum impressorum est fides, ut πρὸ τούτων legant. Sicq; non ante purgationem menstruam fœtum concipi contendet Hippocrates, aut certè minimè uitalem & laborioſum ualde. Qua in opinione est Aristoteles libro secundo de gen. animal. Quo in genere octimestres malè audiunt. Ac uelut in arborum genere luxurioſam florum indulgentiam & ueluti decidentem canitiem fructus sequitur. Sic non nisi prius repurgatis succis per destinatos naturæ ductus, fœtum fœliciter gigni nefas esse uide- Capite 44

se uidetur. Quod scribit Hippocrates libro περὶ φύσιος παιδίου, his uerbis: ὅτι μὲν ἀποκρίνεται τὸ αἷμα τοῦ ὑγροῦ, λαμβάνει τὸ γαστρί. μὴ δὲ πλήρης ἦι, ὀλίγων γὰρ τῶν μητρίων καὶ τῶν φλεβῶν γινομένων τὸ αἷμα τοῦτο, λαμβάνουσι πρὸς σφᾶς αἱ γυναῖκες τὰς παιδίας. μετὰ γὰρ τὸ καταμηνίων τὸν καθαρσιν, αἱ γυναῖκες λαμβάνουσιν τὸ γαστρί. Idem rursus lib. περὶ ἀφόρων. μὴ δὲ γυναικὶ μὴ χωρεῖν τὰ καταμήνια πάμπαν ἢ ὑπὸ παντῶν τῶν εἰρημένων, μὴ ὅτως ὁ ξυλλαμβάνει. αἱ γὰρ φλέβες τὸ αἵματος πλήρεις ἐοῦσαι, τὸν μυλὸν ὁ λείχονται. καὶ τὸ τῆσι μήτρησι αἵματος τὸ ναί τι χρονίης πᾶσα μηχανὴ ὅτι ἀποκωλύει τὸν μυλὸν ῥήγνυσθαι. Per βαρία uerò, uteri pondera significauit Hippocrates, quæ uteri offensionem indicant Galeno triplici affectionis genere distinctam, mole, pondere & morsu. Vt hoc quasi nomine laboriosam partionem designaret. ἀδελφὸν etiam αὐτὶ τοῦ ὁμοίου sæpe ponit Hipp. ut ἠδελφισμένως ἔχειν αὐτὶ τοῦ ὁμοίως, ex primo περὶ γυναικείων, & ἠδελφισται pro οἰκείωται, ut interpretatur Galen. Quod apertius quoq; declarat lib. 2. de rat. uict. in morb. τὰ ὁμοιότροφα μᾶλλον ἢ ὡς ἂν ἔτυχε τις ἀνάγκη συγχωρεῖν, μᾶλλον, ἠδελφισμένα σώματος αὐτῷ. διότι τὰ συγγενέστατα οἰκειότατά τε εἰσι καὶ συγγενέστατοι ἁπάντων οἱ ἀδελφοί.

In Exegesi.

¶ Πρωτοτόκων τὰ γάλακτα.] Lac sola albedine à sanguine differt. Est enim purior & pinguior sanguinis portio, à uenis utero cum mãmis communionem

munionem habentibus ſublata, ratione ſitus & loci colorem immutans, non autem propriam eſſentiam. Ab alimento enim primam mutationem capit, dum ſanguinis officina alimonium uniuerſo corpori diſpenſans, utero demittit ad fœtus nutricationem. Quod enim fœtui in aluo concluſo uitalis auræ rudimentum extitit, idem in lucem emiſſo, huius lucis uſuram & largitionem præbet. Prouida nanque futuri naturæ indulgentia, deſtinatum fœtui commeatum, extremo geſtationis tempore, in mammas uelut in cellam penariam & pronum condit ad huius uitæ initia. Vt non fœlicius fuerit aliunde uitam auſpicari, quàm à naturæ benignitate lac pro cibo diſpenſante, dum ſolidiori alimento uſum ſuppeditauit. Ingruente igitur partione, ſuo non deficit operi, lactiq; abſolutionem præbet, ne nondum nato nutrix indulgentior, quàm emiſſo, mater eſſe uideatur. Hæc lactis origo ex ciborum immutatione ab Hippocrate ſatis definita eſt, libro περὶ φύσιος παιδίου. ὁκόταν λιγνὺς τὸ ἔμβρυον, τότε δὴ ἐπισημαίνει καὶ τὸ γάλα τῇ μητρὶ. οἱ γὰρ μαστοὶ ἄρχονται, καὶ αἱ φλεβὲς ἐργῶσι. τὸ δὲ γάλα ὃ χωρίει, καὶ τῇσι μὲν πυκνοσαρκήσῃσι τῶν γυναικῶν ὕφορον τὸ γάλα ἐπισημαίνει καὶ ἤρξηται τῆσι δὲ ἀραιοσαρκήσῃσι, πρόσθεν. δὲ ἀνάγκη ἦ τειλύδες, γένηται τὸ γάλα. ὁκόταν αἱ μήτραι ὀγκηθεῖσαι ὑπὸ τοῦ παιδίου,

παιδίοις, πίπτουσι τῶν λοιμῶν τῆς γυναικὸς, τῆς δ' ὁπόταν πλήρης ἡ ὅσης ὁ πισμὸς γένηται, ἀποπηδᾷ τὸ πιότατον ἀπό τι τῶν βρωτῶν καὶ τῶν ποτῶν ἔξω, ὃν τὸ λιπαρὸν, καὶ τῶν σάρκα. ὥσπερ δ' ἔρμα ἔστις ἀλείψειεν ἐλαίῳ πολλῷ, καὶ ἐάν ἀνάπτωμεν, καὶ ἐπῶν ἀνάπτη πίπτει τὸ ἔρμα, διαπηδοῖεν ἂν πιεζούμενον τῷ ἔρματι ἔξω τὸ ἔλαιον. ὅτω δὲ καὶ τῆς λοιμῆς τὸ πιαρὸν ἐν αὐτῇ ἐχόσης ἀπὸ τῶν βρωτῶν καὶ τῶν ποτῶν πιεζουμένης ὑπὸ τῶν μητρίων διαπηδᾷ τὸ πίαρ εἰς τὸ ἐπίπλοον καὶ ὃν τῶν σάρκα. λεῖον ἀραιόσαρκον ἐν ἡ γυνὴ, θᾶσσον αἰσθάνεται τῆς διαπηδήσιος. ὧν δὲ μὴ, ὕστερον. καὶ τὰ ἐν γαστρὶ ἔχοντα ἐμπύημα, ὧν μήτι νοσέει ὑπὸ τοῦ αὐτοῦ ποτοῦ καὶ σίτου, πιότερα γίνεται διὰ τοῦτο. ὁμοίως δὲ καὶ ἡ γυνὴ. ἀπὸ γὰρ τοῦ πίονος διαθερμαινομένου καὶ λουτρῷ ἰόντος τὸ γλυκαινόμενον ἀπὸ τῆς θερμῆς τ' ἀπὸ τῶν μητρίων, ἀποδλιβόμενον ἔρχεται ἐς τὸς μαζὸς, καὶ εἰς τὰς μήτρας δὲ ὀλίγον ἔρχεται, διὰ τῶν αὐτέων φλεβῶν. τείνουσι γὰρ εἰς τὸς μαζὸς. τότε καὶ εἰς τὰς μήτρας, φλέβια ταῦτά τι καὶ παραπλήσια ἄλλα. καὶ ὁπόταν ἀφίκηται εἰς τὰς μήτρας ἰδίῃ ἴσχει τὸ γάλακτος, καὶ τὸ παιδίον ἀπ' αὐτοῦ ἐπαυρίσκεται ὀλίγον. οἱ δὲ μαζοὶ διεχόμενοι τὸ γάλα, αὖ ρονται πιμπλάμενοι, καὶ ὁπόταν τίκῃ ἀρχῆς λινύσιος ὑπογιγνομένης, χωρὶς τὸ γάλα εἰς τὸς μαζὸς τότε, ἢν θηλάζει. ἔχει γὰρ ὅτω. δηλαδομένοιν τοῖν μαζοῖν, σύριγγες γίνεται τὰ φλέβια ὑπὸ τὸς μαζός. σύριγγες δὲ γινόμενα, ἀπὸ τῆς λοιμῆς ἕλκοντα, τὸ πιαρὸν τοῖν μαζοῖν διαδιδόασι. καὶ γὰρ καὶ ὁ αἰὼν ἔχει λαγνείην πολλὰ,

σύριγ-

ὑγρώτερα γινόμενα τὰ φλέβια, μᾶλλον ἐπάγει τὴν λαγόνα. Libro uerò περὶ γυναικείων primo, τὸ δὲ γάλα ὅπως γίνεται εἴρηται μοι ἐν τῇ φύσει τοῦ παιδίου, τὸ ἐν τόκῳ, ἑωλὸν ἢ λυΐσηται ἡ γυνὴ, διαταμώτατα ἐὰν μάλα χωρεῖ, πολὺ ἔστιν οἷσιν ὀλίγα. ῥήγνυται γὰρ ὃν τρόπον μαθὸς τὸ γλυκύτατον ἢ ὑγρὸν, ἀπό τε τῶν σιτίων καὶ τῶν ποτῶν, καὶ ἐκθλίβεται. καὶ ἀνάγκη δὴ, καὶ τὸ ἄλλο σῶμα διαφωνεῖσθαι μᾶλλον, καὶ ἧσσον πλῆθος γίνεται τοῦ αἵματος, τοῦτο ὅταν γίνεται. Hæc ergo de lactis origine ex parentis optimi monimentis dicta sunto, quæ etsi popularem magis quàm philosophicam demonstrationem habent, propter authoritatem tamen non sunt aspernenda. Cæterùm etsi quæ hîc dicuntur, de lactis colostra circa partũ, & de prima in partu lactis spongiosa densitate intelligi possunt: coniunctim tamen intelligi debere uidentur. Ante menstruas purgationes, qui conceptus fiant, laborioſissimos esse & octimestribus ualde affines, cùm in his primiparis lac ab alimento mutationem, octauo uerò mense complementum accipiat. Vnde fit ut eorum partus in octauum mensem sæpe incidat, quo nomine operosa & difficilis partio esse solet. Quòd si in quibusdam mulieribus quæ gestationem ad decimũ mensem extendunt, menstruæ purgationes octimestribus similes fiant, hoc est laborioſi, & difficiles ante constitutum tempus menstruum con-

ceptus, eos periculoſos eſſe ſignificat. Plures enim labores ſuſtentari neceſſe eſt, et octauo menſe ualde ſuſpectos, & uerò decimo partui familiares & maximè moleſtos. Quare cũ fœtui tum etiam matri creari periculum eſt uerò affine. His autem obſcuriſſimis uerbis innuere uidetur Hip. primiparis quæ ante menſtruas purgationes cõcipiunt, difficiles adeſſe partiones, quæ octauo mẽſe cõtingant, quòd menſtrui ſanguinis inopia fœtus ad nonum aut decimũ menſem in utero ſuſtentari non poßit. Quod etiam ſignificat lib. περὶ φύσ. παιδίꝭ, his uerbis, ἡ ῥοφὴ καὶ ἡ αὔξησις ἡ ἀπὸ τῆς μητρὸς ἰσχυρὸν, ὅκ ἔτι ἀρκοῦσα τῷ παιδίῳ ἔσῃν, ὁπόταν οἱ λόγοι μειῶσι παρέλθωσι, καὶ τὸ ἔμβρυον αὐξηθῇ. ἕλκει γὰρ ἀπὸ τοῦ αἵματος ὃ ἐστὶ τὸ γλυκύτατον, ἅμα δὲ καὶ ἀπὸ τοῦ γάλακτος ἐναυρίσκεται ὀλίγον. ὁπόταν δ' αὐτῷ σπανιώτερα ταῦτα γένηται, καὶ ἀλγὸν ἐν τῷ παιδίῳ, πολὺν πλείονα τῆς ὑπαρχούσης ῥοφῆς, ἀσπαρίζει, καὶ τὰς ὑμένας ῥήγνυσι. καὶ μᾶλλον τοῦτο πάσχουσιν αἱ τῶν γυναικῶν πρωτοτόκοι. ἐπιλείπει γὰρ τοῖσι παιδίοισιν ἡ ῥοφὴ ὃ τὸ αὐξήσαι. ἄχρις αὖ τῶν λόγων μειώσῃ. ἐπιλείπει δὲ διὰ βάρος τοιόνδε. εἰσί τῶν γυναικῶν τινες αἱ μὴ αὐξήσαντα τὰ ὑστερικὰ ἐναδαίρονται, αἱ δὲ ἐλάσσονα τοῦτο δὲ ἧσσον ἀεὶ γίνηται σὺν φύσει καὶ σὺν γένει, μικρῶν σφέων ἔσῃν. αἱ δὲ τὰ ὑστερικὰ ὀλίγα μεθιεῖσαι, αὗται καὶ τοῖς παιδίοισι, ἢν χρόνῳ τὸ ὕδατον, ὅταν ἤδη ἀλγὸν ἐν, τῷ ῥοφῷ σπα

σπαστῷ ὦσι

γινητέλω παρέχεσθαι, ποιήσειν ἀσπαρίσεων, καὶ πρόδηλον τῶν δίκην μιλωῶν ὀξυλθῶν ἐπείγεσθαι. ὀλίγον γὰρ ἀπὸ τῶν νέων μητρῶν χωρεῖ τὸ αἷμα. ὡς δὲ καὶ ἔστι τὸ πλεῖστον συμβαίνει, καὶ ἀγχελάπλους εἶναι ταύτας τὰς γυναῖκας, τὰς ὀλίγα τὰ λοχαμιώια μιθιείσας. ξηρότεραι γὰρ καὶ πυκνοσαρκότεραί εἰσιν. Quibus ex uerbis præproperàm esse primiparārum partionem uides & laborioſiſſimam, maximè uerò earũ quæ paucum alimentum fœtui ſuggerũt, quales ſunt quæ menſtruis carent. Sic enim paulò pòſt ſcribit: καὶ τὰ μὲν ἐλάσσω ῥοφῶν ἐν τοῖσιν ἐμβρύοισιν ἔχοντα, θᾶσσον τίπτει, τὰ δὲ πλείω ὕστερον. Difficiles uerò primiparārum partus, multis locis eodem libro celebrantur. Quinetiam lac octauo menſe concoctionis abſolutionem accipere, teſtatur quod de lacte extulit Empedocles.

¶ Μιλὸς ἐν ὀγδοάτῃ δεκάτῃ πῦον ἔπλητο λοιπόν.

Ariſt. uerò lib. 4. de gen. animal. huius uſum ante ſeptimum menſem inutilem eſſe ſcribit. Atque hic mihi uiſus eſt iſtius obſcuræ admodum clauſulæ ſenſus ex medijs tenebris eruendus. Vt non ſit mirum, nobis Antabatarum more pugnantibus incertam eſſe belli uictoriam. Veterum autẽ exemplarium fides, & conſecutionis ratio effecit, ut clauſulam unam inter ea quæ ſequuntur ualde diſſimilem, ſuo loco reſtituerem, & quaſi agnatis adderem. Capite 8.

HIPPOCR.

Τρωμάτων ἢν ἰσχυρῶν ἐόντων, οἴδημα μὴ φαίνηται, μέγα κακόν. τὰ χαῦνα, χρηστόν, τὰ ἄνω νεμόμενα, κάκιον. οἴσιν οἰδήματα ἐφ' ἕλκεσιν, ὁ μάλα σώζονται. τούτων δὲ ἀφανιζόντων ἴσχνης, οἵσι μὴ τὰ ὄπισθεν, σπασμοὶ μετὰ πόνων. οἵσι δὲ ὄν τὸ μετόπισθεν, ἢ μανίαι, ἢ ὀδυνῶσι πλευρὸν ὀξέαι. καὶ δυσεντερίαι ῥυθραί. τὰ οἰδήματα παλαιόγονα ῥηγνύοντα, λύεται, οἷον ἐπὶ τοῦ Ἀνδρονίκου παιδίῳ τὸ ὀρυσίπελας ἐπαλινδρόμησεν, ἢν μὴ ὄν τὸ αὐτὸ ἐλθόν. χρηστὸν τὸ σημαίνει. ὅταν τε γνέσιον περὶ τὸ ὀστοῦν ἄλλο διεδύη. ἕτερον τριταῖον ἐκ γνεστῆς γνομένου ἀπεπύησεν. γίνεται δὲ τοῦτο ἑβδομαίου ὑγιής. κακοήθεστερα τὰ ἀφανιζόμενα ἴσχνης.

INTERPRETATIO,

MAgnis & profundis uulneribus tumores nisi apparuerint, ingens subest malum. Qui si laxi & molles fuerint bono sunt, si uerò sursum serpant damno. Tumores in ulceribus â conuulsione & insania uindi-

uindicãt. Qui si de repente disparẽt, his quidem quibus à tergo fuerant, cõuulsionem cum dolore: illis uerò quibus à fronte, insaniam aut acutos laterum dolores, aut sanguineã intestinorum difficultatem conuehunt. Nam & tumores temerè præterq; rationem alleuantes, imposturam significant, quale quid in Andronici filio intrò recurrens, erysipelas portendit: nisi si quid bonæ existimationis ad eundem locum recursus attulit. Hoc circa ortum ad aurem erat, postea ad pubem distributum est. Quod alteri tertio ab ortu die eruperat, suppuratum est nono, & septimo sanus euasit. Longè tamen maligniora sunt, quæ de repente euanescunt.

COMMENTARIVS,

Τρωμάτων.] Placitum est 66. lib. 5. quod aliter paulò legitur: ὧν τραυμάτων ἰσχυρῶν ὄντων ἠδὲ πονηρῶν οἱ δι' ἡμέρας μὴ φαίνηται, μέγα λακὸν, τὰ χαῦνα χρηστὰ, τὰ σύντομα λαπά. Vt autem

tumores in uulneribus ab Hipp. probantur, ita et Celsi præceptum animo defigendum est quod

Capite 26. scripsit lib. 5. de uulneribus agens. Nimis intumescere uulnus periculosum, nihil intumescere periculosissimum est. Illud indicium est magnæ inflammationis, hoc emortui corporis. Quod autem hîc legitur, τὰ αὖω νεμόμενα, duros & renitentes tumores significat, qui ut plurimùm, cru-

Sectione 2. di sunt (τὰ σῶμα in aphorismis uocat) mollibus longè deteriores. Sic libro Epidemiorum sexto, τὰ ὁμαλῶς ξυμπεπαυόμενα καὶ μὴ τραχυσκληρὰ φύματα probat Hippocrates, quæ ὁμαλοῖς æquat. In his enim æquabilitatem laudat, in illis uerò obstinatam renitentiam, à crudis, lentis, frigidis & cœtu difficilibus humoribus, damnat. Ea inter se sic opponit Galenus, ἔστι μὰς αὐτιθέσεως ὡς ἔστι τραχυσκληρὸν καὶ ὁμαλὲς ἀρκέσει τὸν λόγον ποιήσασθαι. τὸ μὲν σκληρὸν τοῦ μαλακοῦ φανερότερόν ἐστιν. αὐτὸ δὲ τοῦ σκληροῦ, τὸ μᾶλλον σκληρόν. εἰ δ' ἔστι σκληρότερον, ἔστι καὶ τραχύτατον, οὕτω δὲ καὶ τὸ μὲν μέτριως μαλακὸν, ἀγαθὸν μετρίως ἐστί. τὸ δὲ τελέως μαλακὸν, οὐκ ἀγαθὸν καὶ τοῦτο τελέως. Porrò ex Galeni sententia μέτριως μαλακὸν coniunxi. Ex omnibus enim lectionibus eam magis approbat.

¶ Οἷσιν οἱ λήματα.] Aphorismus est sexagesimus quintus libri quinti, quo subitam tumorum in ulceribus disparentiam conuellit Hippocrates. Etsi enim

Etsi enim uniuersale est σημειώσεως præceptum, repentinum eorum quæ extrà apparebant recursum, iudicationem suspectam facere, quod multis in locis uniuersale facit Hip. idem tamen peculiare ulcerũ speculationi attribuit. Quæ cùm cuiuis in re Medica mediocriter uersato ex Aphorismis sint perspicua, miror quo iure huius sententiæ principiũ hoc modo peruerterit Caluus. Tumores uulnerum si non ualde lancinent nec furient. Quid nanq; his uerbis intelligat, nõ uideo. Quod hîc legitur σπασμοὶ μετὰ πόνων, in Aphorismis σπασμοὶ τέτανοι scribitur. Et ubi hîc δυσεντερίαι ὀρυδρώδεις: illic, ἢν ἐμπύησις, ἢ δυσεντερίη ἰὼν ὀρυδρὰ ἢ τὰ οἰδήματα. δυσεντερίαν ὀρυδρώδη, sanguineam intestinorum difficultatem uertimus. Gal. secuti, qui hanc δυσεντερίαν αἱματηρὰν uocat. Scribit enim, δυσεντερίαν δὲ ἱστάσθαι φησὶν, ἐὰν ὀρυθρῶν ὄντων τῶν οἰδημάτων, ἐξαίφνης γένηται μετάστασις. ἐπάνω μέν τοι τὴν δυσεντερίαν ὀνομάζομεν αἱματηρὰν, ὅτις ὄξιν αἷμα τῶν κενώσεις δὲ σύντομον χωρὶς ἐλκώσεως. Commen. Cuius duplex genus facit lib. 6. Epid. dum scribit οἱ δ' ὀρυδροὶ καὶ πρὸς μελαγχολίαν ὑδατώδεσι, παχὺ καὶ θερμὸν ἔχοντες αἷμα, τοῖς φρενιτικοῖς τε καὶ μανικοῖσιν ἐπέτως ἑάλωσαν νοσήμασι, καὶ δυσεντερίαις ταῖς αἱματηραῖς ὡς ἐπὶ πλεῖστα. μεμαθήκαμεν γὰρ ὅτι διττοί τινές εἰσιν· ἐξ ἐλκώσεως μὲν ἀναβρωδίνοντων τὸν σύντομον ἑτέρα διαφορὰ, πολλὸν δ' αἵματος ἐκπυεσ-

μένε διὰ τῶν εἰς ἔντερα διαδυκνεόντων φλεβῶν καὶ λοιπά. Huius etiam dysenteriæ sanguineæ, quæ solam humorum copiam absq; interaneorum ulcere significat, meminit lib. περὶ φύσ. ἀνθρώπε, Hipp. et Gal. lib. 5. de loc. affect. Copiosissimè uerò com. 4. in lib. περὶ ἄρθρων. Quare uero est simile, ex inflammationis intrò recursu suppurationes fieri, materia in thoracem deriuante, aut intestinorum difficultatem cruentam illuc rapta tumoris materia quæ inflammationem à sanguine fecerat. Intestinorum autem difficultatem dixi, etsi αἷμα ἐκχώσεως contingat, cùm sanguinis per intestina excretionem intelligam, non minori licentia quàm in ἀνοσφρήσιας uocabulo.

¶ Οἱ λόγματα παραλόγως ῥηῖσοντα.] Hæc duo præcipua sunt totius σημειώσεως capita, quibus à nobis abundè prius satis esse factum uidetur.

¶ Ἡμῖν μὲν ὅτι αὐτὸν ἐλθὸν.] Istud mirè obscurarunt interpretes. Caluus planè nõ intellexit. Nos de erysipelatis ad eundem locum quem prius afflixerat recursu intelligimus, qui omnem suspectionem leuauit.

FINIS SECTIONIS TERTIAE.

HIPPOCRATIS COI LIBER DE MORBIS VVLGARIBVS SECVNDVS.

Anutio Foësio Mediomatrico medico, interprete & enarratore.

TMHMA TETARTON.

ΠΕΡΙ ΦΛΕΒΩΝ.

Γατίτις γὰ ὀσφύϊ, μέχρι τοῦ μεγάλου ὠνοῦλου λάτωθεν, καὶ ὠνοῦλοισι πρόσλιλοῖ γὰτοῦθεν. μετέωρος δ' ἵππατος, καὶ δξὺ φρενῶν ἐκλαμβάλλει. καὶ ἡ μὲν ὀυθεῖα εἰς λαπάδας. γὰτοῦθεν δὲ αἱ μὲν ὀυ πάχιλοι, αἱ δὲ ἐπ' ὠμοπλάτας. αἱ δὲ ἀκραμφθεῖσαι λάτω, παρὰ ὠνοῦλους καὶ πλευρὰς ἀκλίνουσι. καὶ

ἀξ ἀρισερᾶς μὲν μίαν ἐγγὺς λιλιίδων. ἐκ δὲ δεξιῶν δὲ ἐπίτι αὐτῇ χωρίον ἄλλη. ἡ δὲ σμικρὸν λατωτέρω ἀποκαμφθεῖσα, ὅθεν μὲν ἐκείνη ἀπέλιπε, προσέβαλε πλευρῇσι, τῇσιν ὠλιοίπασιν ἁπάσας ἢ φύσεν, ἢ φύσεν. ἀποχίλας παρ' ἑκάτερα λιλυμένα ἔσα. ἀπὸ μὲν τ' λαρδίης ἐπίτι χωρίον φρενῖσι ἀρτηριοῖσι μᾶλλον ἐόσα ὑδὶ τὰ νῶτα κάτω τ' ἀρτηρίης, ἐς ὃ λατανάλωθῇ ἢ ἔλθῃ. ὅθεν ἡ ἧπατίτις ἐμετεωρίσθη. πρότερον δὲ πρὶν ἢ φρενῶσθαι ἐλθεῖν, παρὰ τὰς ἐχάτας δύο πλευρὰς ἐδιαιρέθη. καὶ ἡ μὲν φύσα. ἡ δὲ φύσα τῶν ὠνοδύλων ἐλθοῦσα, λατανάλωθη. ὀλθεῖα δὲ ἀπὸ λαρδίης πρὸς λιλιίδια τέινουσα ἀνωθεν ἢ ἀρτηρίης ὀξύ. καὶ ἀπὸ ταύτης, ὥσπερ καὶ παρ' ὀσφῦν λάτωθεν ἢ ἀρτηρίης ἄϊσται ὀλίγον τὸ ἧπαρ. ἡ μὲν ὑδὶ πύλας καὶ λοβόν. ἡ δὲ ἄλλο ὀξὺ ἧς ἀφορμᾶται, σμικρὸν λάτωθεν φρενῶν, φρένδε δὲ πρόσπεφύκασι τοῦ ἥπατι, ἃς ὁ ῥάδιον χωρίσαι. δύσαὶ δὲ ἀπὸ λιλιίδων. αἱ μὲν φύσαι. αἱ δὲ φύσαι ὑπὸ σπλῆνα ὀλίγον. ὅπου δὲ φύσαι ἔνδοθεν, ὅπως οἶδα. φρένδε δὲ λάτω λατὰ τὸ μὲν ὠνόδυλον τὸ λάτω τῶν πλευρῶν,

ἢ νεφρὸς

ἡ νεφρὸς ἀπ' ἀρτηρίης, ταύτη ἀμφιβεβήκει, αἷς ἀρτηρίαι μὲν ἐκ τοῦ τρώντος ἐκπεφύκασιν φλέβιον καὶ φλέβιον ἀρτηρίης τόνον ἔχουσαι. ταύτη δέ πη παλινδρομήσασα ἀπὸ μασχάλης ἡ ἡπατίτις ἔλκυσιν. ἀπὸ δὲ τοῦ ἡπατίτιδος ἀπὸ τῶν νεφρῶν αἱ μέγιστοι δύο, ἡ μὲν φλέβιον, ἡ δὲ φλέβιον φέρονται μετέωρος, πολυσχιδεῖς τε ἀπὸ τῶν φρενῶν εἰσὶν ἀμφὶ ταύτας. καὶ πεφύκασιν ἄνωθεν δὴ φρενῶν. αὗται ἦ μᾶλλόν τι ἐμφανέες. δύο δὲ τόνοι ἀπ' ἐγκεφάλου ὑπὸ τὸ ὀστέον τοῦ μεγάλου σπονδύλου ἄνωθεν καὶ πρὸς τὸ στόμαχον μᾶλλον ἑκάτερος θεν τῆς ἀρτηρίης παρελθὼν, ἑκάτερος ἐς ἑαυτὸν ἥλθεν. ἴκελος ἑνί. ἔπειτα οἱ σπόνδυλοι καὶ αἱ φρένες πεφύκασιν, ἐνταῦθα ἐπελθόντων. καὶ τινες ἐνδοιασοὶ πρὸς ἥπαρ καὶ σπλῆνα ἀπὸ τούτου τοῦ κοινωνήματος ἐδόκεον τείνειν. ἄλλος τόνος ἐκ τοῦ κατέρωθεν σπονδύλου παρὰ ῥάχιν παρέτεινεν ἐκ πλαγίου σπονδύλου, καὶ τῆσι πλευρῆσι ἀπένευον. ὥσπερ αἱ φλέβες ἔστως ὅτι ἀπὸ φρενῶν ἐς μεσεντέριόν μοι δοκέουσιν τείνειν. ὧν δὲ τοῦτο οἱ ἐδόκεον ἀπέλιπον. αὖθις δ' ὅθεν φρένες ἀπεφύκεισαν ἀπὸ τούτου ξυνεχέες τόνος καὶ μέσον κάτωθεν ἀρτηρίης, ὑπὸ ἐωί-

τὸ ἐπίλοιπον παρὰ πόνον λύλος ἀπελίλοιπ
ὥσπερ αἱ φλέβες μέχρι καταναλώθησαν,
λιελθόσαι δὲ τὸ ἱερὸν ὀστέον.

SECTIO QVARTA.

DE VENIS.

IEcoraria per lumbos ad magnam uſq; uertebrã deorſum fertur, indeq; aliquid ex ſeſe uerticulis adñcit. Ex hepate ſublata per ſeptum tranſuerſum cor rectà, deinde iugula adit. Hinc uerò partim ad ceruicem, partim ad humeros, quædam etiam inferius paulò reflexæ, ad uertebras & coſtas declinant. Ex ſiniſtris quidem una ad clauiculas tendit, ex dextris etiã in aliquem illa parte locum. Alia uerò paulò inferius deflexa, ubi illa deſinit ſeſe coſtis adiũgens, dum eã quę in corde eſt attigerit, ad ſiniſtra ſe flectens. Deorſum uerò demiſſa ſecundũ uertebras deſcendit, donec eò perueniat unde ſe ſublimem erigit, re-

git, reliquis omnibus costis adhæ-
trinq; singulis per sese sola propagi-
nes mittēs, à corde aliquatenus, idq;
ad sinistra magis porrecta, postea ar
teriæ se submittens quousq; cōsum
pta fuerit, eoq; peruenerit unde ie-
coraria sublimis emersit. Quo pri-
usquā perueniat, ad extremas duas
costas scinditur, & in utranq; uerti-
culorum partem progressa ibi con-
ditur. Quæ uerò recta à corde iugu-
la petit, supra arteriam euadit, indé-
que non secus ac dum ad lumbos
est, arteriæ subtensa in iecur insilit,
modoq; ad portas & fibram, modò
uerò in id quod est reliquum dein-
ceps excurrit, paulò infra septum
transuersum, quod ita hepati incum
bit ut facilè separari non possit. Bi-
partitò autem ad clauiculas scindun
tur, & hinc & inde sub pectus ad
imum uentrem pertingunt. Quónā
uerò inde ferantur, mihi nōdum con
stat, At septum transuersum infra

ad uer

ad uertebram quæ ſub coſtis eſt po=
ſitũ habet, atq; ea in parte qua renes
ex arteria utrinq; eminent. Ex qui=
bus arteriæ enaſcuntur, quæ utraq;
ex parte cum arteria neruũ habent.
Atq; huc quadamtenus ex corde re
means iecoraria deſinit. Ab iecora=
ria uerò per ſeptũ tranſuerſum duæ
maximæ uenæ hinc & inde ſuble=
uantur, quæ multifidã ramorũ pro=
pagínem, per ſeptum emittunt, eíq;
cõplexu adhærent. In ſuperna autẽ
illius parte magis cõſpicuæ extant.
Duo uerò nerui à cerebro infra ma
gnæ uertebræ os à ſuperiore parte
perreptant, & ad gulam magis ab u=
traq; arteriæ parte utraq; pertingẽs,
inſeſe uelut in unum coit, dein ubi
ſeptum & uertebræ exiſtunt, ibi de=
ſinunt. Etſi quidam ambigunt, & ab
hac communione ad iecur & lie=
nem ferri uidentur. Alius neruus u=
trinq; ex uertebratis orbiculatim oſ
ſibus ſecundum ſpinam, per obli=

quam

quam uertebrarũ partem extenditur, & costis distribuitur. Atq; hi nõ secus ac uenæ ipsæ per septũ transuersum ad lactes pertendere mihi uidentur, in quibus etiã desinũt. Rursus autẽ ab eo loco unde septũ exoritur, cõtinuitate quadã per mediũ infra arteriã quod est reliquũ ad uertebras, quemadmodũ & uenæ ipsæ emittunt, quo ad in os sacrum procurrentes consumpti condantur.

COMMENTARIVS,

HVmani corporis compaginem, & structuram etsi Medico pernecessariam, adeò tamẽ securè attrecta uit prisca seculorũ authoritas, ut uix ante Dioclis Carystij aut Herophili tẽpora, exacta corporis partium speculatio monimentis tradita fuerit. Veterũ enim in erudiendis liberis industria, & assiduus per successiones labor, cùm magistra rerum experientia, scriptionum monimenta leuauit, dum prisca illa antiquitas posteritati corporis deformationem per manus traderet, in eiusq; cognitione nõ secus ac in literis & palæstra (uelut in his quæ ingenium scire deset) liberos solertes daret. Quæ causa tantam scripto-

ſcriptorum de partium interiorum poſitu penuriam fecit, ut in his priſcorum fides capite diminuta uideatur, & uerò ridenda ſolertia. Quis enim Hippocr: uenarum è capite fontes, & quatuor ſanguinis riuulos, aut Ariſtotelis de uenis originem & commenta ferat? ne Platonis ſomnia recenſeam. Ac ne ultra temporum æquitatem ferar, ſimplex illa & minimè fallax canities, uiſcerationes perpaucas exercuit, & ſeſe inſpectionis interaneorum raritate tuetur: ut non mirum ſit, ſedulam poſteritatem ἀναστομικῆς δοξίας authoritatem ſartam tectam retinuiſſe, cùm in dies nouitas induſtriæ benè nauatam operam collocet, & ad operoſam Galeni diligentiam magna ſolertiæ acceßio, continua ſedulitate facta eſſe uideatur. Tantæ molis erat Medicinã omni ex parte perfectam tradere, dum defectas propeq; acciſas maiorum uires poſteriorum gnauitas reſarcit & experientiſſima rerum cognitio compenſat. Quotus enim quiſq; eſt qui non uideat pulſuum ſymmetriam & interaneorum deſcriptionem ab antiqui nominis authoribus uixdum inchoatam, magna poſteritatis impenſa auctam, cumulatam & perfectam? Ad cuius cognitionem in dies aßidua manuum attrectatio & fidelis αὐτοψία addit, dum ad ſcriptorum monimenta magna ingeniorum fœlicitas acceßit, quæ quotidie

nouos

nouos parit fœtus atq; præiudicatam authoritatem æquitate lenit. Sic in Galeni & ueterum parentum doctrinam incurritur, & quod usu ipso condiscitur, nullam fidei authoritatem desiderat. Quod æquitas & mentis sibi bene conscię ministra ratio suggerit, id facilè uindicias secundum libertatem postulat, & à se animi maleuolentia suffusi inuidiam propulsat. Ingrati tamen est animi nimiumq; confidentis, maiorum monimenta deformare, dignationem eleuare, & authoritatem conuellere. Venarum distributio multis locis in Hippocrati scriptis celebratur, ita tamen ridiculè, ut uarium inde progressum intelligas, & in Asclepiorum familiam agnata esse certò quis existimet. Hinc pendet pudenda illa uenarum ex cerebro deriuatio, quæ quatuor uelut sanguinis riuos in totum corpus demittit, libro περὶ φύσ. ἀνθρώ. per corollarium assuta, à qua Hippocratis nomen palàm liberat Galenus. Etsi libro περὶ ὀστέων φύσ. non grauiore multo fide adscribitur. Multæ sunt aliæ partitiones uenarum apud Hippocratem ut lib. περὶ ὀστ. φύσ. & libro περὶ τόπων τῶν κατ' ἄνθρωπον. in quo uenæ cauæ processus, ut libro περὶ ἱερῆς νόσου explicatur. Quæ omnia etsi prioris soli fertilitatem redolent, inexplicabiles tamen habent aditus & excessus, eosq; permultos. At uerò quæ hîc adscri-

bitur uenarum delineatio, ex Aſclepiadarum uindemia decerpta eſt, cùm ſuæ genuitatis locupletiſſimum teſtem Galenum ferat, qui Comment. 2. in lib. de nat. hum. & lib. 6. de placitis Hippocratis & Plat. Comment. quoq; tertio in lib. de art. huius aſſenſionis authorem Hippocratem facit. In qua quamuis quædam ſoli indulgentiam ubertatemq; redolent, multæ tamen uelut in elapidato agro ſunt ſalebræ, ut in eo tolerabilius fuerit ſterilitate quàm fœturæ fertilitate delinquere, in quo neceſſarium ualde eſt temperamentum, multæq; præ luxuria interlucanda ſunt. Neq; tamẽ hæc eò pertinent, ut mimxiſſe in patrios cineres uelim, aut priſcam ueterum diligentiã, quæ temporum æquitate ſe ſuſtentat, notandam exiſtimem. Non enim ſolùm hoc eruderandum aut expurgandum mihi propoſui, dum neq; uiſceratione damus, neq; uerò inde uelut ex Albano carnes Latinis petimus. In quo non tam mihi uerendum eſt diligentiam meam requiri, quàm affectatæ nauſeæ condemnari. Anatomen (quæ per ſe magnum Medicinæ corpus eſt) ex multis Galeni monimentis diligenter petendum exiſtimo, non hîc perfunctoriè attingendam. At uerò quicquid ferè de anatomica diſciplina ab Hippocrate ſcriptum eſt, hîc conſumitur: eoq; nomine deploranda maximè uenit librorum Galeni περὶ

τῆς Ἰατρ-

τῆς Ἱπποκράτης ἀνατομῆς iactura, ut taceam eiusdem in hunc librũ ὑπομνήματα, quæ præter oculatam rei demonstrationem, sententiam de tota causa tulissent.

¶ Ἡ πατίτις.] Hic locus integer repetitur lib. περὶ ὀστέων φύσ. & à Galeno magna ex parte adducitur libro sexto de placit. Hippocratis & Pl. Vbi Hippocrates ut sanguinis officinam iecur esse existimauit, ita & sanguinis riuos inde deducit, dum per uenam iecorariam, quæ & caua dicitur, & in omnes corporis partes sanguinem rigat, nutriendoq; animali idoneum alimentum dispensat. Quod his uerbis senserat libro περὶ φυσῶν. ῥίζωσις φλεβῶν ἤπαρ, ῥίζωσις ἀρτηριῶν καρδίη, ἐκ τούτων ἀποπλανᾶται ἐς πανδ' ἄιμα καὶ πνεῦμα, καὶ ὁρμασίη διὰ τούτων φοιτᾷ. Quod etiam uidit Aretæus post Hippocratem uetustissimus author libro secundo de Cur. morb. ac. qui hæc Hippocratis uerba repetit, σὺν ὀσφύϊ autem hîc addit: quòd per lumbos iecoraria ad inferiora demittatur, non secus ac Galenus libro de Venarum sectione, λοίλω ἐπ' ὀσφύϊ uocat. Inquit enim συμπεπληρωμένης ἤδη τῆς ὀξυγόνου ἀπασῶν τῶν ἄνω φλεβῶν, ὅπῃ τὰς ὑπολοίπους μετέλθωμεν, ὅσαι τὰ κάτω τῶν φρενῶν ῥέφουσιν ἀπὸ τῆς ἐπ' ὀσφύϊ λοίλης γεγόμεναι. Et rursus, καὶ μὴν δὴ ὅτι τῷ κατ' ὀσφὺν νωτιαίῳ φλέβι, ἀπὸ τῆς ὑδρωμένης σύνδα τῆ λοίλης, ἐμφύον-

ται διὰ ὅλου ἕκαστον ῥῆμα μία, λέλεκται πρόσθεν ὅπως ὁδὸν ἔτι ἐπόλοιπον ὄφιν, τὸ ἐπ' ὀσφῦϊ διοίλης ἀποβλάσημα διηγήσεως δέομενον. Venæ autem cauæ progreſſum ex media antiquitate deductum, ab ipſo Aretæo antiquitatis authoritate memorabili deſcriptum, hîc apponendum duximus, quòd & uetuſtis authoritatem habeat non minimam, & maximè ad hoc inſtitutum faciat. Scribit igitur lib. 2. de morb. ac. ἀπὸ τῶν πυλίων τὸ ἧπαρ σίφαξ φλὶψ διαΐασει μέσον τὸ σπλάγχνου. ἀεὶ γὰρ ὁδὸς λεπτὴ καὶ πλατύνα σχιζομένη, ἐπὶ τέλος ὁδὸς ἀφανὴς τῆσι ὄψισι πάντη τὸ ἧπαρ σκιάζηται. τοῖσι δὲ τετέων πέρασι ἄλλων φλεβῶν πόρατώσιες διατὰ τὸ σῶμα ξυγκέονται, αἵπερ ἐκ λεπτῶν καὶ πλατύνων, μέζονές τε καὶ ἐλάσσονες γίγνονται, ἐπιτελέως ἐν μέσῳ τῷ ἥπατι, ὅς μίαν φλέβα μεγάλην σωαγείρονται. οὗτοσὶ δὲ οἱ λοιπαὶ ἐξ ἀποσχίσιος γιγνόμεναι, πέρην τὸ ἧπαρ ἀφικνέονται. ἡ μὲν γὰρ ἄνω τὸν πρῶτον λοβὸν διαπερήσασα, ἐκ τὰ ἐντὸς αὐτέης ἐκφαίνεται. ἔπειτα περήνασα τὸ διάφραγμα ἐμφύεται τῇ καρδίῃ. διοίλη φλὶψ ἥδε διαλέγεται. ἡ δὲ ἑτέρη, τὸν κάτω λοβὸν τὸν πέμπτον διαπρήνασα μέχρι τῶν ἐντερῶν, ἐπὶ πλέον ῥάχιν ἕξεισι, καὶ τῇδε παρατέτατται, μέχρι τῶν ἰσχίων. ἀταρ καὶ ἥδε διοίλη ὄνομα τὸ αὐτὸ, ὅτινες μία καὶ ὠυτὴ ὀφὶς ἡ φλὶψ πλέον ἀρχὴν ἀπὸ τοῦ ἥπατος ἴσχουσα. ἀεὶ γάρ τις ἐκδέλει, διελάσαι αὖ ἔλασμα καὶ ἀπὸ τῆς αὔωθεν τὸ ἐπὶ πλέον καρδίης διοίλης φλεβὸς ὁδὸν πλέον παρὰ τὴν ῥάχιν, καὶ ἀπὸ τὸ ῥάχιος διὰ τοῦ ἥπατος

Capite 8.

ὕπατος ἐπὶ τὴν καρδίαν, αὕτη γὰρ ἡ αὐτή.

¶ Μέχρι τοῦ μεγάλου σπονδύλου.] Hippocrates libro περὶ ἀρθρ. μέγαν σπόνδυλον multis locis secundam uertebram (quam prius ὀδόντα uocauit) intelligit. Hîc uerò pro osse sacro sumi uidetur, quod uertebratim cæteris uerticulis annectitur. Id indicat Galeni locus comment. 2. in lib. de nat. hum. ἀπὸ δὲ τῆς μιᾶς φλεβὸς τῆς μεγίστης, ἀποφύσας γίνεται καθ' ὅλων τῶν μεταξὺ τῶν τοῦ νωτιαίου πόρων ὡς Ἱπποκράτης ἐγραψεν, ἐν τῷ δευτέρῳ τῶν ἐπιδημιῶν, τότ' αὖθις πρὸς ταῖς ἰλέοσι πέρας αὐτῆς, καὶ τὸ κάτω πρὸς τῷ ἱερῷ ὀστέῳ. In fine etiam huius sectionis de uenis agens, διελθόσας δὲ τὸ ἰσχίον ὀστέον dixit. Ad lumborum autem extremum uena caua in crura distribuitur, dum uertebris in transcursu pullulos & propagines mittit. Popularem uerò magis lectionem secutus sum, quam probat Galenus & codicum nostrorum magna pars. etsi aliter legatur lib. περὶ ὀστ. φύσ. Quam lectionem secuti sunt interpretes. Sic enim legisse uidentur. ὑπατίτις ἐν ὀσφύϊ μέχρι μεγάλου σπονδύλου, κάτωθεν καὶ σπονδύλοισι προσλιθοῖ. ἐντοῦθεν μετέωρος δὲ ὕπατος καὶ διὰ φρενῶν ἐς καρδίην. Quanquam illud δὲ ὕπατος, libro περὶ ὀστ. omittitur.

Lib. 6. de pl. Hipp. & Pl.

¶ Αἱ δ' ἐπ' ὠμοπλάτας.] Hîc triplex ille uenæ cauæ ad iugula progressus uariè deformatur. Vnus enim in axillas deducitur. Alter uerò ad an-

teriora thoracis sub pectoris osse perreptat. Tertius uenulam tres superiores thoracis costas nutrientem designat. Etsi hæc sæpe pro mutua rerum natura & uicissitudine uariant. Plausibilem autem lectionem secutus sum ueteribus codicibus testatissimã, refragantibus nostris exemplaribus, quæ et cæteris nõ improbatur. Lib. enim περὶ ὀστ. φύσ. & libro de placit. Hipp. & Plat. ἐν ἀριστερῷ ἢ ἐπί τι αὐτῆ χωρίον legitur, & ἄλλη sequenti clausulæ adiungitur.

Ὅσοι ἰξαπίνης ἄφωνοι ἀπύρετοι ἐόντες, φλεβοτομέειν. φλέγματος καταῤῥοοι ἐκ τῶν μαζῶν ἕλκουσιν οἱ ὀφθαλμοί, καὶ ἰξερεύγεται καὶ τὰς ῥίνας ὀδυνᾶται μονα. οἷσι βὴξ ξηρὴ, ὁ λυέται, ἢν μὴ ὀλιγὴ ἰσχυρὴ ὀδυνᾶται τὰ ἰσχία. ἢ ὀδυνᾶται τὰ σκέλεα, ἢ ὀδυνᾶται ὄρχιν, ἢν ὑδροποιῶνται βὴξ ἔχῃ, ἢν μὲν αὐτίκα λῳποθυμέῃ, θερμοῖσι πᾶσι διαχρέωνται. ἢν δὲ μὴ θωρήξαι, καὶ σιτίων ἐμπλῆσαι. πάμπαν δὲ τὰς εἴσω. τοῦ νωσήματος τοῦ μεγάλου γὰρ τάσει γινομένου, λύσις, ἰσχίων ὀδύνη, ὀφθαλμῶν διαστροφαὶ, τύφλωσις, ὀρχίων οἴδησις, μαζῶν αἴρεσις, ἢν πυρετοῦ ἐόντος τὰ πρὸς τὸ πρόσωπον ἰσχνὰ ᾖ, γὰρ ἡμέρῃ γονίμῳ, τῷ ὠλέσαν λύσει, ὑδρωπὶ ἢν οἴδημα ἔχων γὰρ τοῖσι σκέλεσι, βήσσῃ. ἢν τὸ ὂς ἀλγέῃ, ἢ γάλακτι διαχρέωνται. ἢν μὴ γὰρ τῇ γονίμῃ μεθῇ ὁ πυρετὸς, ὑποτροπάζειν ἀνάγκη. ὃ ἂν ἡ φλὲψ ἡ γὰρ ἢ ἀγκῶνι σφύζῃ, μανικὸς καὶ ὀξύθυμος, ᾧ δ' ἂν ἀτρεμέῃ. τυφώδης. χῶμα ἢν αἱμορῥαγήσῃ, μὴ βρέχειν τὸ ἕλκος. τῷ δὲ κεφαλῇ βρέχειν θερμῷ. ἢν διαρθρίωσιν, θερμὸν αἶρε μετ'

μετ' οἶνον ἀκρήτου διδόναι. ἐμέτου λύσις, ὕδωρ θερμὸν διδόναι πίνειν, καὶ ἐμέτω. ὅσα σφακελίζει ἀκλαβόντα τῷ φλέβα ἕλκωσαι καὶ ὑγιῶσαι. Σπασμῷ χειρὸς διακτύλων αὖθι πυρετῶ ἁλόντα. ἢν μὴ τῷ διεφαλῷ ἀλγέει, εἰ δὲ μὴ ὕδωρ θερμὸν διαταχεῖν, ὀφθαλμῶν ποδιζόντων διωδέκατον, χειρόκτου πέμπτον, πυρετῶ ἕν. Ψιμμιθίου ἕν, σμύρνης. τὸ ὕδωρ ἡ ἢ διεφαλῆς ψυχρὸν διαταχεῖν, καὶ διδόναι σκόροδα σὺν μάζῃ. διρσοὶ δὲ φαλακρῶν ἢν μὴ μεγάλοι ἔωσι, μανιώδεις. ἄλφος καὶ λέπρης, πιπάνῳ ἐν ὕδατι ὡς μὴ ἕλκώσης. χορίου διάθεσις ἢν ὑποδέχῃ πρὸς τὰς ῥίνας προσιδῆναι. ὥστε παρυδᾶν καὶ ὠλαμβάνειν τὰς ῥίνας ἡ παρυμένης, καὶ τὸ σῶμα.

INTERPRETATIO,

QVi de repente ſine febre uoce deficiunt, iſs uenam ſecare oportet. Pituitæ defluxionibus dum tentantur oculi, ex mammis trahunt, & pituita quæ ad nares regurgitat, in pulmones redundat. Quibus tuſsis nihil elidit & ſicca

est, ea nõ nisi ualido coxendicum dolore, & crurum, aut testium soluitur. Aqua intercutem laborantem dum tussis prehenderit, si quidem protinus animo deficiat, calida omnia adhibeat necesse est. Sin minus, uinum & cibos ingerere conuenit. Venas uerò interiores secare oportet, dum magni morbi (quem Comitialem dicimus) uehementia intenditur, quem soluit coxendicum dolor, oculorum peruersiones, occæcatio, testium tumor, & mammarum eleuatio. Febris si apprehenderit & facies, die impari subsidat, in sequentẽ diem solutio expectanda est. Tussis in hydrope cum crurum tumoribus malo est. Ad auriũ dolorem lacte utendum est. Febris, nisi impari die remiserit, recidiuam timere necesse est. Qui uenæ in cubito conspicuum pulsum habet, is furibũdus in acerbam iracundiam facilè præceps est.

ceps est. Cui uerò quiescit, lentus est & quodammodo torpet. In uulnere sanguinem profundente, ulcus aqua ne aspersèris, caput uerò calida perfundito. Oris uentriculi morsum, merum in pane calido adhibitum sanat. Vomitum sedat calida in potu adhibita & uomitione reddita. Quæ syderatione periclitantur, ea uena intercepta ulcerare & curare conuenit. In conuulsione digitorum manus, sine febre, scarificatione opus est, dum capitis dolor non adsit: Sin minus, calidam affundito. Ad oculos: Spodij partes duodecim, croci quinq;, nuclei oliuæ, unam, cerussæ, myrrhæ, singulorum tantundem, frigida caput aspergito, & alia cum maza apponito. Varices qui in caluis apparẽt, nisi magni fuerint, furorem in ijs portendunt. Ad alphos & lepram, calcem elotã adhibeto ut ne ulceres,

Vt secundæ quæ superauerunt excidant, sternutatorio ad nares apposito, sternutantis nares & os comprime.

COMMENTARIVS,

Αφωνία. Οσοι βαρίνης ἄφωνοι.] Αφωνία apud Hippocratem quæ est uocis priuatio, interdum partium uoci destinatarum exolutionem sine mentis læsione, interdum uerò cerebri affectionem significat, qua simul motus & sensatio ipsa labant. Quod in attonitis & syderatis usuuenit. Hac ratione καταλήψιν ἀφωνίαν exuperantiæ quodam nomine uocat Hippocr. lib. 4. de rat. uict. in morb. ac. Eoq; pertinent αἱ ἐκ λιφαλαλγίης ἠρὶ μετ' ἐκλύσιος, ἠρὶ μετὰ λιαρῆς ἀφωνίκι, ex Prorrhetico & Coacis Prænotionibus, quæ profectò neruorum principium & mentis arcem affectã significant, quemadmodum & ἀφωνίκς nomine apoplexia ipsa denotatur Aphoris. 51. lib. 6. & 58. lib. 7. & 5. lib. 5. ἀφώνες γὰρ (inquit Galenus) ἔωθεν ὁ Ιπποκράτης ὀνομάζειν, ἐχοῖς ἡ φωνὴ μόνη βιβλαπ]αι, κατ' βοχλὴν δέ τινα τῆ ταύτης βλάβῃ συνιπνοεῖν ἡμᾶς συλείπνυται πάσας τὰς κατὰ προαίρεσιν συνεργείας. ἐνίοτε μὲν οὖν ἐκείνων βιβλαμμένων ὀκ ἀπόλωλεν ἡ αἴσθησις. αὐτὸς γοῦν ἔφη τὸς ἀφώνες, αἰσθανομένης συμβαίνει γίνεσθαι, πολλάκις δὲ ἄμφω πέπον

θεν, ὅπερ

θεν, ὅπερ ἀποπληξίαν ὀνομάζουσι. Idem rursus: ἐν δὲ τῷ Ἱπποκράτει πολλάκις ἀφ' ἑνὸς συμπτώματος τὸ προσλιπαρώτατόν τε ἀφωνίας ὀνομάζειν, οὕτω καὶ ἁπλοῦν, ὅσοι μηδ' ἄλλῳ τινὰ τῶν κατὰ προαίρεσιν ἀποσώζουσι κινήσεων, ἢ μηδ' ὅλως αἰσθάνονται. λείπονται δὲ ὡσαύτως τοῖς ἀποπληπτικοῖς ἀναίσθητοί τε ἅμα καὶ ἀκίνητοι. Rursus quoq; προσηκόντως δ' ἐνταῦθα μάλιστα τῷ εἴδει τοῦ Ἱπποκράτους, ἀφώνους ὀνομάζουσι τοὺς ὁπωσοῦν βεβλαμμένους, ἀλλὰ μυρίως λέγεται διάφορος ἡ πάντος τοῦ σώματος ἀφυΐα τε καὶ ἀναισθησία τε καὶ ἀκινησία. ταύτῃ οὖν τῇ διαθέσει ἀφ' ἑνὸς τῶν συμπτωμάτων ὀνομάζειν εἴωθεν ὁ Ἱπποκράτης, καὶ γίνεται ἁπλοῦν τι τὸ ἀρχῆς τῶν νοσημάτων παθόντος. ὁτὲ γὰρ ὁτὲ ἄλλως ὅλως εἶδόν τι σπασθῆναι τὸ σῶμα πρὸ τοῦ ταύτῃ παθεῖν, ἤτοι πρώτως, ἢ κατὰ συμπάθειαν ἑτέρου προπεπονθότος μορίου. Quibus ex uerbis ἀφωνίας nomine, cerebri noxia intelligitur, quæ modò actiones, modò uerò sensuum ministeria labefactat, quemadmodum in epilepsia, apoplexia, & syncope cardiaca contingit, ut scribit Galen. lib. 4. de rat. uict. in morb. ac. longè uerò apertius primæ Prorrhetico. φαίνονται δὲ τῶν ἀφώνων αἱ ὀξεῖαι νοσήμασι γιγνόμενοι, αἱ μὲν ὁτὲ αἰσθανόμενοι, διὰ τὸ δὲ ἀρχῆς πάθος ἀμφοτέρων αὐτοῖς τῶν συμπτωμάτων ἐπομένων. αἱ δὲ μόνον ἄφωνοι γιγνόμενοι, καὶ τούτων οἱ μὲν ἅμα τῷ καὶ τὰς ἄλλας λυπήσεις ὅσαι κατὰ προαίρεσιν γίγνονται, βλάπτεσθαι πάσας, οἱ δὲ τῷ

φωνὴν μόνον. καὶ οὐ ἅμα τῇ φωνῇ καὶ τῶν ἄλλων συνεργειῶν ἡ βλάβη γένηται, ἢ ἀρχῆς τῶν νοσημάτων ὄντι τὸ πάθος· καὶ ἐπὶ μόνης ἢ φωνῆς, μόνων τῶν φωνητικῶν ὀργάνων. Cæterùm ἀφωνίαν, quæ est uocis priuatio, ab ἀναυδίᾳ differre, quæ est ἡ ἐν τῷ διαλέγεσθαι ἀλωμαμία, satis indicat Galenus libro

Comment. 3. tertio Epidemiorum in hiſtoria Pythionis, ubi harum uocum uim aperit. Vt profectò cuiuis notum ſit, non idem eſſe uoce deſtitui & mutum eſſe. Quæ res effecit, ut ἄφωνον, mutum non reddiderimus, quod ferè faciunt omnes Hippocratis interpretes. De cuius dictionis notione fuſius in Œconomia noſtra dicendum eſt. Quòd igitur ad hunc locum attinet. Quibus ſine febre de repente uox deficit, & inſignis cerebri læſio motum & ſenſum intercipit, quæ ex φλεβῶν ἀπολύσει oritur, ijs non dilata uenæ ſectio auxilio eſt. Cònfertam enim uaſorum plenitudinem & farcturam, quæ reſpirationem in periculum adducunt, uena ſecta uacuat, & periclitantem calorem excitat, dum admiſſo aëre ſuffocationis metum adimit. Non ſecus enim in corporibus accidit ac dolijs muſto feruenti & aëroſo plenis, quæ intercepto aëre rumpuntur & ui libertatem quærunt. Atq; hæ ſunt τῶν φλεβῶν ἀπολύσεις, αἱ πλησώσεις τῶν φλεβῶν, ὑπὸ πλήθους γε νόμφην (ut ſcribit Galen. Comment. in lib. 4. de

rat. uict.

rat.uict. in morb. ac.) καὶ τῶν φλιβῶν ὑποπληρώσεις, ἐπειλαὶ ἀποῤῥῶσιν εἰς αὐάψυξιν διαπνοῆς, ut idem ſcribit libro περὶ σύνιξιας. ἀφωνίας igitur, hoc eſt (ut eodem libro ſcribit Galenus) τὰς βλαφυσίλιπς παραλύσεις τῶν σύνεργειῶν ἁπασῶν, ſanguinis miſsio iuuat. Quod teſtatur Hipp. lib.4. de rat. uict. qui noſtræ huius ſententiæ breuitatem ſuo more compẽſat. Eam enim explicat dum ſcribit, τὸ ἄφωνον βλάφυες γινέσθαι φλιβῶν ἀπολύσιδι ποιέουσιν, ὧν ὑγιαίνοντι τόδε ξυμβῇ αὖον περφάσιος, ἢ ἄλλης κίνης ἰσχυρῆς, φλιβοτομέειν οὖν χρὴ τὸν βραχίονα τὸν δεξιὸν τῶν ἔσω φλέβα, καὶ ἀφαιρέειν τοσοῦτον αἵματος κατὰ τῶν ἕξιν καὶ τῶν ἡλικίων διαλογιζόμενον τὸ πλέον καὶ τὸ ἔλασσον. Vbi quod hîc dixit βλαφύνης, illic ἐξαίφνης & αὖου περφάσιος ἢ ἄλλης αἰτίης ἰσχυρῆς extulit, & pro ἀπύρετοι ἔωσιν, ὧν ὑγιαίνοντι τόδε ξυμβῇ poſuit. Si enim febris accidat quæ congelatos huiuſmodi humores calefaciat & extenuet, aut craſſos, flatuoſos, & pituitoſos ſuccos liquet aut diſcutiat, morbi alleuationẽ facit, ut ſcribit Hip. Aph. 51. lib. 6. qui plurimùm ad iſtius loci notionẽ confert. ὀκόσοισιν ὑγιαίνουσιν ὀφθαλμῶν γίνονται βλάφυες ἐν τῇ διφθερῇ, ἢν παραχρῆμα ἄφωνοι γίνονται ἢν ῥήγνυσιν, ἀπόλλυται ἐν ἑπτὰ ἡμέρησιν, ὧν μὴ πυρετὸς ἐπιλάβῃ. Quã ſententiã repetit li. περὶ διαίτης ὀξέων, et li. 2. περὶ νόσων, ubi ut febris uehementiam ad ſubleuandum morbũ indicet, πῦρ uocat.

Incendio enim opus est in refrigeratis & obstupefactis sensibus. Sic lib. 2. περὶ νόσων, ἐπὶ τῇ ἀφωνίᾳ ἐν δωρύξι & febrem remedium esse dicit, ut & Aphoris. 5. lib. 5. Quantum uerò momenti et præsidij ponendum sit in curandorum attonitorum sanguinis missione, & quàm diligens cautio adhibenda sit, Aretæus author uetustissimus εὐ θεραπείᾳ ἀποπληξίης indicat. ἰσόῤῥοπον μὲν ὦν ἐστὶν, ὡς μεγάλῳ παθεῖ μέγα βούδυμα φλεβοτομίη, ἢν μή τις ὀλιγαρτωλίῃ εἴη τὸ πλεῖστον. λυσιτελέστερον δὲ τὸ μέτρον, ἤν τι γὰρ σμικρῷ πλέον ἀφέλῃς, πρόσαπέπνιξας τὸν ἄνθρωπον. ὀλιγαρτὸ τὸ ῥεῖν τετρόποισι, καὶ τὸ σμικρὸν αἷμα δυνατώτατον, καὶ ἡ ἀλίη δὲ ῥωῆς τὸ σθένος καὶ δὲ ῥοφῆς ἐόν. ἤν τι μεῖον τῆς αἰτίης, ἐλάσσω μέγα ὤνησας διὰ μεγάλου ἄνω. ἔτι γὰρ ἡ αἰτίη μίμνει. ἀσφαλέστερον δὲ ὀλίγον τὸ ἔλασσον ἁμαρτάνειν. ἢν γὰρ καὶ ὀλοπίη μὲν ἐνδιείη, χρηστὰ δὲ τινος ὑποφάσιος γίγνεσθαι, αὖθις ἐπανατάμνειν πλὴν φλέβα, τάμνειν δὲ πλὴν ἐν τῷ ἰσχίῳ τὸ ἀγκῶνος, σύριγξ γὰρ ἤδη ἐν τῷ λαιῷ.

¶ Φλέγματι & καταῤῥοαῖς.] Significare uidetur Hippocrates in magnis pituitæ cursibus, qui lippitudines faciunt, thoracis capacitates impleri et dolore affici, creberrimeq; tusses affligere ex humorum in pulmones illapsa. Insolens tamen est quod effert Hippocrates, oculos ex mammis attrahere, nisi id ad affectionis familiaritatem referas. Pectus enim in magna humoris confluxione la-

ne laborat, dum totum anhelum est, & pulmonum ministerio non deest. Mammas autem pro pectore efferri, Hippocrati satis est familiare, ut in his quæ priùs retulit: τῶν βηγμάτων ἢ τωμάτων, οἱ ὦμοι ἢ οἱ μαστοὶ ἐμφυσῶνται. Oculos uerò καταῤῥόας uocat eos qui pituitæ defluxionibus tentantur, ut & ὀφθαλμίας ῥοώδεις lippitudines manantes & fluidas dixit lib. 1. Epidem. Interpretes φλεγματ& καταῤῥας legisse uidentur. Caluus illud ἐξεφύγοντα omisit. Cornarius ἐξερύγοντα legere uisus est. Nos nullam in exemplaribus nostris uarietatem reperimus, ubi pro eo ac debebamus in insolenti phrasi nihil sumus adiuti. Quod in hoc difficilimo Hippocr. opere (ut & in cæteris) præter spem nobis infelicissimè cessit. Sectione 2.

¶ Οἷσι βὴξ ξηρὴ.] In siccis & trahentibus tussibus testium tumores apparere, & ea esse solutionis indicia, prius multis ex locis probauimus, indeq; crebros esse in fœmur et ischium decubitus. Quæ ideo hoc loco repetenda non sunt, quòd illinc facilè peti possint.

¶ Ἢν ὑδρωπικῶντα.] De hydropicorum tussi postea dicemus. Est autem aqua inter cutem laborantibus admodũ familiaris spirandi difficultas, tussis & animi deliquium, λειποθυμίαν dicimus, Aretæus uerò ἀψυχίαν uocat. Cui profectò prouidendum monet Hippocrates. Si quando enim in-

cidat, omnem curam uirium quædam prærogatiua in se intendit. Calida igitur omnia adhibenda sunt, cùm non sit aliud hydrops ἢ ῥοπὴ ὑγρῆς καὶ ψυχρῆς αἰτίης, ὃν τοιοῦδε ἔξιν ἐτεροιώσης τὸν ἄνδρωπον, ut inquit Aretæus. Vini autem meracioris potum adhibet, magnum in uirium lapsu auxilium. Quod sua tenuitate spirituum penetralia subiens, uires eorum reparat: & sensim uitalitatis quadam affusione, membra omnia penè emortua excitat. σιτίων ἐμπλῆσαι uerò dicit, peculiarem huius morbi affectionem indicans. Perpetuo enim ciborum fastidio laborant, & uel minimo cibo contenti, non secus ac liberaliori ingurgitatione distenduntur. Id testatur Aretæus his uerbis: ἀπόσιτοι. ὧν δ' ἔτι προσαίροντα τοῦτο βραχὺ καὶ ἄφυσον, φυσώδεσι, διατάσιος ὡς ἀπὸ πλησμονῆς. ὄρηξιν. Porrò interpretatur Galenus οἴνωσιν ἤτοι μέθην. Significat etiam antiquis ἀκρατοποσίαν, ut testis est Phauorinus. ὄρηξις κατὰ τοὺς παλαιοὺς ὅτε οἰνοποσία καὶ ἀκρατοποσία. Et ὀρήγασιν λέγουσι τὸ μεθύειν διὰ τὸ ὀρμαίνειν τὸ ὕδωρ, ἢ ὄρεγμα πληροῦσθαι. Vtitur ea dictione Hippocr. Aphorism. 21. lib. 2. et lib. 2. de Morb. & lib. 2. de nat. hum. Nec uerò quam in hac sententia aliam hydropis curationem adhibeat, uidere possum, in qua necdum mihi satisfacio. Omnium enim codicum opera, in loco admodum suspecto destituti,

In Exegesi, ὄρηξις.

destituti, cogimur aliunde fidem erogare.

¶ Τάμνειν δὲ τὰς ἄσας.] Nec minus obscurum est quod hîc scribitur. ἐν τάσει enim γινόμενον νόσημα, de morbi uehementia dici existimandum est, dum eius periculũ intenditur & uires acquirit, ut remissionem ἄνεσιν, ὕφεσιν, ἀφαίρεσιν καὶ ἔκλυσιν dici testatur Galenus libro de Temper. morb. Istud uerò de miserabili illo morbi comitialis insultu, qui sua fœditate terret, effertur, cui prouidendum monet Hippocrates. Portentosus enim morbus est, & (ut inquit Aretæus) ποικίλον, καὶ ἀλλόκοτον καὶ ὑπερφυέα. διαφοιτᾷ μὲν ἐν παροξυσμοῖσι καὶ λύσεσι, καὶ ἐλάνθανον. ἔκτεινε γὰρ ἤδη παροξυσμὸς ἕνα. Videtur enim Hippocrat. morbum τὸν ἐν τάσει γινόμενον, τῷ ἐν ἕδρῃ opponere. Quòd cùm utrunque de epilepsia intelligatur, hoc diuturnum morbũ et crebras accessionum successiones declarat, illud uerò præcipitem & primùm illum exitialem morbi casum significat, qui subita periculi denunciatione, acutissimum morbum facit. Plerosq; enim unica accessio iugulauit. Quæ iusta causa est, cur epilepsiam in acutis & diuturnis morbis reposuerit Aretæus, uir doctrinæ uetustate in morbis curandis acerrimus. Atq; adeò illa morbi huius intensio & uehementia, quæ breui uitam in discrimen adducit, non aliàs quàm celeri

sanguinis

ſanguinis miſsione curatur. Nec aliud eſt magis expeditum remedium, quo te à miſerabili fœdæ mortis imagine expedias. Quæ epilepſia diutius trahit, etſi inducias facit, dedecore tamen & probro reliquam uitam contaminat. De utroq; uerò uitij genere ſic Aretæus, in acutorum morborum curationibus. Ἡ ὠδιπλίνης ὀλιθρίη μὲν ἡ πρωτίστη καταπλῆσις, ὧν ὀξέως ἐσβάλλῃ ἡ νοῦσος. ἐκλείπει γάρ ἐστι κὴ ἡμέρῃ μιῇ. καὶ νεωτέρῃσιν δὲ κὴ οἱ ἐν τῇσι πυρετοῖσι παροξυσμοί. διὰ τάδε μὲν ὧν κὴ ἐν τοῖσι ὀξέσι καταγέγραπται ἡ ἐπιληψίη. ὧν ἧς ὅδε μελέτω μὲν ἥκιστα καὶ ἀνθρώπου, ἡ δὲ νοῦσος ἀπροίξεμφύσα ἔχηται, ὁ χρόνιη μοῦνον γίγνεται, ἀλλὰ μετοξετέροισι ἀιωνίη. ὧν γὰρ ἐπιβάλλῃ τῶν ἀκμῶν ἡ ὑλικίης, ξυγκρᾶσι κὴ ξηραπολύσηαι. ὁκόσα μὲν ὧν ὡς χρονίη ὀδὴν ἰκτύεια, ἐν τοῖσι χρονίοισι λελέξεται. ὁκόσα ἧς ὅδε τὸ τάχος τοῦ ὀλέθρου πρηκτία, τῶν δὲ τὰ πλεῦνα μὲν ἐπὶ τοῖσι ἀποπληκτικοῖσι λέλεκται, φλεβοτομίη. κλυσματα, χρίσιες, συκίη. τὰ δὲ γὰρ ὅδε αὐτηγόρεια δυνατώτατα. In quibus præſidijs, ut uides, uenæ ſectio ineſt, quæ etſi utrunq; morbi genus curat, de acceſſione tamen dici teſtantur, quæ in illius curationis fine ſcribuntur. τοίλε μὲν ὧν ὅδε αὐτηγόρειη τε παροξυσμῶ, τάδε ὅδε λύσιη τοῦ νοσήματος, ἐν τοῖσι χρονίοισι λελέξεται. Poſtea uerò idem author grauiſſimus uenæ ſectionem ex cubito in huius morbi depulſione conſulit. Quæ profectò mentem noſtram in admo-

in admodum obscura rerum imagine aperiunt. Cæterùm id de morbo comitiali intelligi debere, satis indicat duplex ille articulus, τὸ μιγάλης τὸ νόσματος, singulariter morbum quendam indicãs. Ex quo fortè superioris loci notio, cùm de eodem loqueremus, longè est apertior. Cuius enarrationis necdum me pœnitet. Hæc uerò inter se coniunxi nostris codicibus fretus, atque eò magis adductus quòd ad hydropẽ referri nequeunt. Quod & fecisse Cornarium, ut nec in cæteris, inuideo. Caluus codices nostros secutus, ad superiorem sententiam huius initium retulit.

¶ Λύσις ἰσχίων ὀδυνῶν.] Dissimiles sumus in eo quod sequitur. Cornarius ἰσχίων ὀδυνῶν & ὀφθαλμῶν διαλύσεως legit, ut dolorem coxendicum, oculorum peruersione & cæcitate solui intelligat: testium uerò tumorem, mammarum subleuatione. In quo uix ullam coxendicum dolorem tanti redimendum existimo. Cum Cornario consentit Caluus, nisi quod ἰσχίων ὀδυνῶν legit & ad superiora retulit, ut nos quoq; fecimus, dum nihil immutauimus, & hanc casuum congeriem morbi comitialis libertatem esse significamus. Hâc enim irruptionem fecisse uidetur, & miseræ labis quasdã dedisse reliquias, ut si perrarò aut ne uix quidem integritatem facit, nunquam tamen minori intertrimento quàm partium quarundam exolutione nobi-

ne nobiscum paciscitur. At uerò hoc magis detestabile malum facit, quòd cùm quadam nostri iactura dependendum sit, in præcipuas tamen partes sæuit, nobiles sensus omnibusq; conspicuos appetit, formæ quadam inuidia uultum deformat, atque eum ipsum iuuentutis florem qui uitam spectabiliorem facit, exitiabiliter depopulatur: ut non alio magis quàm prostituto fœditatis triumpho gaudeat, dum teneræ integritatis mollitudinem miseris modis traducit. Quod non minus eleganter quàm grauiter his uerbis significat Aretæus in Diuturnorum morborum signis. Capite 4. ῥᾳδίως δὲ ὃκ ἄπεισι ἡ νόσος, ἀλλὰ σὺ ἡλικίησι τέ τισι ὑφίστησι σύοικίει, καὶ ὥρῃ τῇ ὡραίῃ ξυνδιαιτᾶταί τι πᾶσι καὶ μηχανίοισι. ἐξηλάθη δέ ἐο τι ὑπ' ὀυτυχίης, δι' ἄλλης ἡλικίης μίζονος, ὅυτι τῷ ἰάλλει σωὶξεισι ἢ ὥρης, ἀλλὰ νῦ τότι μιτιξιτίρης αἰσχρὸς ἀποδείξασα, ἀπόλλυσι τὸς παῖδας φθόνῳ τῳ ἰάλλιος ἢ χειρὸς ἀνδρασίης, ἢ προσώπε διαφορῇ, ἢ πηρώσει τίνος αὐθήσιος. ὧν δὲ φωλσύσῃ τὸ ἰακὸν ὃς ῥίζαν, ὅτε ἐκφῦῃ, ὅτι ἡλικίης μεταβολαῖς ἐξοίσον πάθεϊ, ἀλλὰ ξυμβιοῖ μίσφι θανάτε. ποτὶ νῦ ἐπίπονος ἡ νόσος, σπασμοῖσι νῦ διαφορῇσι μείζων τε νῦ ὄψις. Hæc eadem quæ hîc describuntur solutionis epilepsiæ indicia, recenset cum multis alijs Hipp. Prorrhetico secundo. Quorum cùm prius leuiter memineri-mus, huc quoq; necessariò afferri debent, quòd sententiam

sententiam nostram non parum confirment. οἵσι ἢ τ παιλίων ὀξαπίνης, οἱ ὀφθαλμοὶ διεστράφησαν, ἢ μᾶλόν τι ἰκανὸν ἐπαθον, ἢ φύματα ὑπὸ τὸν αὐχένα ἐφύη, ἢ ἰσχνοφωνότεροι ἐγένοντο, ἢ βῆχες ξηραὶ χρόνιοι προσέχυσιν, ἢ ὅτ τῶν γαστέρα μέλλοσι γενεμένοισιν ὀδυνῶν φοιτᾶ ἢ ὑπαράσιται, ἢ ἐν τοῖσι πλευροῖσι διαστήμματα ἔχουσιν, ἢ φλέβας παχέας περὶ τὸν γαστέρα διεσώλιας, ἢ ἐπίπλοον διαβαίνει, ἢ ὄρχις μέγας γίγονεν, ἢ χεῖρ λιπῆ ἢ ἀκρατὴς, ἢ ὠὸς, ἢ ἰνύμη ξύμπασα ἐχωλώθη, ἄτερ προφάσιος ἄλλης, τούτοισι πᾶσιν ἐλκέα ἢν ὑσσ ἢ προεγένετο. πρὸ τούτων ἁπάντων, ἢ οἱ μὲν πλεῖστοι τ ῥιφόντων τὰ παιδία, ὁρατώμενοι ὁμολογέουσι, τὸς δὲ ἢ λανθάνει, ἢ ἃ φασὶν ἐλκέα τοιοῦτον ἐλκὸν γενόμενον. Ex quibus ἰσχίων ὀδύνῃ membri exolutionem & impotentiam intelligendam esse satis notum est. Oculi resolutionem ex morbo comitiali fatetur Celsus libro sexto, qua uehementer oculus ipse concussus est, ut neq; quoquam intendi possit, nec omnino consistat, sed huc illuc ue sine ratione moueatur, ideoq; ne conspectum quidem rerum præstet. Testium uerò tumor, etsi in his Hipp. uerbis alio sensu sumitur, uidetur tamen in præsentia ætatis mutationẽ et pubertatis uiciniam innuere, quo tempore pueri naturæ benignitate cõgenitum morbum maximè euadunt, ut scribit Hippocrates Aphoris. 45. lib. 2. & 7. lib. 5. & 28. lib. 3. & libro sexto Epidemiorum,

Capite 6.

Sectione 4.

Puber-

Pubertatis autem metam, testium tumor & mammarum subleuatio significat, dum dulcem genituræ titillationem testes inflati cum uocis mutatione ostendunt, quod βαγίζειν Hippocr. et Aristot. dixerunt. Mammæ uerò quæ uteri indicaturam faciunt, succulenta uiuacitate uegetantur, dum leui distensione nubiles annos adesse testãtur, quod σφιγᾶν ab Hippocr. ἐν γυναικείοις dicitur. Quæ duo pubertatis instantis signa in maribus & fœminis posuit Aristot. lib. 4. de gen. anim. inquiẽs: Capite 8. διὸ καὶ φωναὶ μεταβάλλουσι καὶ τῶν ἀφροδισίων καὶ τῶν θηλειῶν, ὅταν ἄρχωνται σπέρμα φέρειν. ἡ γὰρ ἀρχὴ τῆς φωνῆς ἐντοῦθεν, ἀλλοία δὲ γίνεται, ἀλλοία γινομένου τοῦ λιπαροῦ τόνου, καὶ τὰ περὶ τὸς μαστὸς αἴρεται καὶ τοῖς ἄρρεσιν ἐπιθήλεως, μᾶλλον δὲ τοῖς θήλεσι. Interpretes locũ de testium tumoribus ad mammarum eleuationem referentes, longè petitam notionem faciunt, nisi ad tussim respiciant, quæ (ut prius diximus) testium tumore sedatur, & contrà. Sic μαζῶν ἄρσιν pro thoracis explicatione quæ in tussi contingit, capere uidentur, insolenti prope significato. Cuius merito, ne prior quidem lectio immutanda erat, in qua tuenda constantes sunt omnes nostri codices. Quod effecit, ut huius loci dignitatem sartam tectam tueremur. Nec uerò nos ab hac constantiæ sede deijcit, quòd hæc uerba febri ardenti attribuit lib. περὶ διαίτων Hippoc. dum scribit,

scribit. ὅσοις μὲν τοῖσι λαύσοισιν ἰσχίων ἐλιών, ὀφθαλμῶν διαστροφή, ἢ τύφλωσις, ἢ ἐρχίων εἰλήσεις, ἢ λιτδῶν ἄψοις, λαῦσον λύει. Ista enim alium habere longè diuersum respectum uidentur. Qui μαζῶν ἄψοιν ad ea quæ ab Hippocr. prius dicta sunt, τὰ μὲν τοῖσι πλευροῖσι διαστρέμματα, retulit: hic profectò morbi comitialis limites non excedet, & in ijsdem solutionum generibus uersabitur.

¶ Ἢν τὸ ὦς ἀλγίσι.] Aurium inflammationes doloresq; interdum ad dementiã mortemq; præcipitant, ut scribit Celsus. Quo magis inter initia protinus succurrendum est, ne maiori periculo locus sit. Ergo ad inflammationum dolores lacte utitur Hippocrat. quo humorum asperitudinem leniat, in quem usum lac muliebre sæpe adhibemus ex lib. 2. κατὰ γυνή. Cap. 7. lib. 6.

¶ Ἢν πυρετὸ ἰσχυρῶ.] Solenne est in magnis febrium ardoribus ex uiolenta humorum & corporis concussione, faciem tumere, inflammari et uelut ignescere. Quæ si in ipso febris impetu subsidat, nulla magnæ inflammationis signa edet. Quod ut febris remissionem indicat, ita id iudicatorio die fieri, certam in propinquo esse salutem facit, præsertim si iudicatoria quædam excretio spem nostram fouerit. Similis quædam est sententia in Coacis: πρόσωπον ἢν μὲν μετρίως καὶ τακεινόμενον, καὶ φωνὴ λειοτέρη, καὶ ἀκοὴ ἐναργεστέρη γινομένη, καὶ

πνεῦμα μανώτερον, καὶ λειότερον, αἴνισιν ὃν τῶν ὑδρωπικῶν σημαίνει. Hîc igitur ἰσχνὸν idem quòd illic ἐν μετρίῳ ταπεινόμενον significat. Faciem igitur ex tumida subsidentẽ intelligimus. ἰσχνὸν enim de partibus subsidentibus & quæ tumore carent effertur, ut in Prorrhetico scribit Galenus familiare etiam est Hippocrat. τὰ περὶ τὸ πρόσωπον, de facie dici, ut satis ex Coacis patet.

¶ Υδρωψὶ ὧν οἴδημα ἔχων.] Spem tollit in hydrope tussis, ut scribit Celsus ex Hippoc. Aph. 25. lib. 6. & 47. lib. 7. Idem Prorrhetico secundo in bona aquæ intercutem fiducia, βῆχα μὴ προσεῖναι desiderat, quæ si adsit, desperatum malum facit. Quemadmodum in hydropico Ctesiphonte lib. 7 Epidemiorum ὑδρωπικῇ βηξ καὶ πνιγμοὶ ἐγένοντο ὃν νύκτα, & tandem ægrum sustulerunt. De tussi uerò, & ea tussis imagine qua laborant hydropici, agit in Prognostico Hippocr. ubi & tumorum qui crura affligunt, meminit. ὁκόσοισι δὲ ἀπὸ τῶν ἄκρων ὑδρωπικὸν γίνονται, βῆχές τε καὶ θυμοὶ τούτοισιν ἐγγίνεται, καὶ ἑλκός τι ἀποπύησιν ἄξιον λόγου. καὶ οἱ πόδες διίστασι. καὶ ἡ γαστὴρ ὑποχωρέει, ἐὰν μὴ σκληρύτητι καὶ πρὸς ἀνάγκην. Quæ in Coacis repetuntur, corruptè tamen Cornarius ἰκανὸν addidit ex codice quodam, aut ex Aphorismis cui suffragamur in uaria exemplarium copia: unum sequuti cui multùm fidimus. Hunc porrò locum esse pu-

Lib. 2. cap. 8.

esse putamus, quem designat in Exegesi Galenus ὕλεως. Διοσκορίδης ἐν τῷ β τῶν ἐπιδημιῶν ὀξύτονον ἀναγινώσκει καὶ λυπηδακύφυσι τὸν ὑλεως ποιεῖ λῆ.

¶ Ἡμῦ μὲν ἐν τῇ γονίμῃ.] Ista ad confirmandam dierum imparium dignationem pertinent, eaq; ex media Hippocr. schola desumpta esse testantur, quæ scribuntur Aphoris. lib. 4. πυρέσσοντι ἰῷ μὲν ἐν πρήσσῃσιν ἡμέρῃσιν ἀφῆ ὁ πυρετὸς, ὑποπροπιάζειν εἰωθεν. Et, τὰ ἐν ἀρτίοισι λειπόμενα λύσκεται καὶ φλυπόγροφα. Cuius sententiæ testem fert Medicinæ parentem Cornelius Celsus libro tertio, cùm scribit, Hippocratem si alio die quàm impari febris desiisset, recidiuam timere solitum. Libro quoq; περὶ κρισίων, præter abundè explicatam iudicatoriorum dierum facultatem, id quoq; ita effert: ὑποπροπιάζει δὲ καὶ ἡ δὶς πυρετὸς, ἰῷ μὲν πέμπτῃ ἡμέρῃ ἀφῆ. ὑποπροπιάσας τὰ πολλὰ ἰσχὺν ἀπίστων ἐόντων τῶν ὅρων, καὶ τῶν ἄλλων σημείων μὴ κατὰ λόγον ἐόντων ἡ νόσος λειποῖμῳ ἡμέρῃ ὑποπροπιάζει. Quæ profectò dierum parium authoritatem nullo modo conuellunt, imparium tamen præstantiam attollunt, ut quibus magna iudicationis pars cedat. Quin Hippo. lib. 4. de mor. morborum, sanitatis & mortis etiam ipsius decreta diebus imparibus attribuit, et ad eorũ celebritatẽ, humorũ motus, exagitationes, et medicamentorũ effectiones refert, sobriũq; intermissiones ijsdem fieri scribit.

Initio quoq; libri eiusdem, ὅτι αἱ νοῦσοι λῡ́νονται ἐν τῇσι κρισιμῇσι ἡμέρῃσι scribit. Credo equidem pro ueterum loquendi usu, iudicatorium dierum fidem, imparium authoritate cohonestatā. Quod testatur Celsus libro tertio. Atq; adeò optimi parentis sententia, firmißimis placitis nixa, perpetuam retinet constantiam. Scribit enim in Coacis: ὀκόσοισιν ἐκλείπουσιν οἱ πυρετοὶ μὴ κατὰ μερισμούς, ὑποτροπικόν. Et rursus: τῶν πυρετῶν οἱ μή τι ἐν ἡμέρῃσι μερισίμῃσι, μήτε κατὰ σημεῖον λυτήριον ἀφιστάντος, ὑποτροπιάζουσι. Quæ etiam in Prognostico repetita Celsum interpretē nacta sunt. Febris quæ subitò sine ratione, sine bonis signis finita est, ferè reuertitur.

Capite 4.

Cap. 7. lib. 2.

¶ Οὗ ἂν ἡ φλὲψ. Id de conspicua, uehementi, & celeri arteriarum pulsatione intelligendum, quæ cùm à natura ineſt, animosæ facultatis uim & impetum præsagit. Antiquum autem loquendi morem (ut semper) retinet Hippocrates, uenas pro arterijs usurpans. Non alio utar interprete in hac sententia quàm Galeno, qui lib. 6. de plac. Hippocr. & Pl. eam sic explicat: καλεῖται δ' ὑπὸ μὲν παλαιοτάτων ἰατρῶν καὶ φιλοσόφων, καὶ τοτὲ τὸ γένος τῶν ἀρτηριῶν ὡσαύτως ἅπαν φλὲψ. ὑπὸ δὲ τῶν ἄλλων, ἀρτηρία μὲν τὸ σφυγμῶδες, τὸ δὲ ἄσφυκτον φλὲψ. ὅτι δὲ ἅπαξ ὠνόμαζον οἱ παλαιοὶ, δῆλον ποιοῦσι τῶν ὑπ' ἐκείνων γραφέντων, ἐν οἷς διδάσκουσι δὲ καὶ πρὸς ἡμῶν ἐτέρω-

μῶν ἐτέρωθεν. νυνὶ δὲ τοσοῦτον μόνον ὅσον εἰς τὰ παρόντα χρήσιμον ὑπομνήσω τῆς κατὰ τὸν ἀγκῶνα, καὶ μάλιστα τὸν ἀριστερὸν ἀρτηρίας, ὅταν ἡ κίνησις ἰσχνοτέρα γιγνῆται ὑπάρχει, ταχεῖά τε ἅμα καὶ μεγάλη, καὶ σύτονος, ἰσχυρὰν μὲν σὺν εἰκότι τὴν καρδίαν δυνάμει δὲ ῥώμην, ἀκμαῖον δὲ καὶ ζωρὸν τὸ κατ' αὐτὴν θερμόν, ὅπερ ὀνομάζειν, μανιῶδές τε καὶ ὀξύθυμον εἰώθασι. ὁ τοίνυν ἱπποκράτης ὀνομάζων φλέβα τὴν ἀρτηρίαν ταύτην, ὥσπερ πως γράφει κατὰ τὸ δεύτερον τῶν ἐπιδημιῶν. ὧν δ' αὖ ἡ φλὲψ ἡ σὺν ἀγκῶνι σφύζῃ, μανικὸς καὶ ὀξύθυμος, ὧν δ' αὖ ἀρρύθμως τυφώδης. ὅτι δὲ καὶ τὸ σφύζειν ὄνομα καὶ ὁ σφυγμὸς ἐπὶ τῆς σφοδρᾶς ὡς τοσοῦτον τῶν ἀρτηριῶν κινήσεως, ὡς καὶ πρὶν ὑπολαβεῖν τὴν ἀφὴν, αἰσθητὴν εἶναι τῷ ἀνθρώπῳ τὴν κίνησιν, ὑπὸ τῶν παλαιῶν ἐλέγετο, καὶ δὴ ἄλλων μὲν ἀποδέδειπται, καὶ νῦν δ' ἐχόντως φαίνεται δὲ πρὸς τὸ ἀρρύθμως ἀντιδόσεως, καὶ τὸν τυφώδη δὲ ἀκολουθότι τῷ σὺν αὐτῷ μανικῷ ἢ καὶ ὀξυθύμῳ καὶ ἀόργητον. Commentario uerò primo in Prognost. huius quoq; loci memi nit Galenus: σύρίσκεται μὲν σὺν τισιν τῶν ἀντιγράφων, ὁ σφυγμὸν ἀλλὰ παλμὸς γεγραμμένον. ἐμάθομεν δὲ, ὅτι τὸ σύμπτωμα τοῦτο, διὰ πυκνότητα γίνεται φυσᾶσθαι, ἀλλ' ἐν τοῖς πλείστοις γέγραπται σφυγμός. ἤτοι γὰρ σωμὸν ταῖς μεγάλαις φλεγμοναῖς, ἢ καὶ δι' κατὰ ῥάχιν ἀρτηρίας τὴν μεγάλης ἡ αἰσθητὴ κίνησις τῷ μάμοντι, ὡς πᾶν μὲν τῷ δυτέρῳ τῶν ἐπιδημιῶν εἴρηται ὁ αὐτὸς, ὅταν ἡ φλὲψ ἡ κατ' ἀγκῶνα σφύξῃ, μανι-

νὸς καὶ ἐξύδυμος. σύλλογος γάρ ὅτι μαντικῶν τὸ σφόδρα ἐπὶ μεγάλης ὀργῆς καὶ σφοδρᾶς μανήσεως τ ἀρτηριῶν ἐπιφέρων, ὡς καὶ πρὸ τοῦ τὰς ἀφλὰς ἐπιβάλλειν αὐτᾶς, αἰσθητὰς εἶναι τὰς μανίσιν, σπάνιος μὲν αὐτῷ τῷ πάσχοντι μόνῳ, σπάνιος δὲ καὶ τοῖς ἐξωθεν ἐρῶσιν. Libro etiã cui titulus est Animi mores corporis temperaturam sequi, Hippocr. mentem longè clarius aperit. Qui locus etsi quadam ex parte prius à nobis adductus est. hîc tamen totus propriam habet collocationem. Scribit igitur Gal. ἀπὸ τ οὖν λόγου τῶν μετὰ τὸ λοιπὸν ἢ τὸ ἕκτον τῶν ἐπιδημιῶν γεγραμμένων τ φυσιογνωμονικῶν γνωρισμάτων ἀπάντων μνημονεύειν, ἀλλ' ἀρκεῖ παραγράψαι λέγοντος σπάνια, τοῦτ' ἔστι τὸ λέγειν αὐτ' ὧν ἡ φλὲψ ἡ σὺν ἀγκῶνι σφύζει, μανικοὶ καὶ ἐξύθυμοι, ὧν ἂν ἀφαιρεῖται τὴν φλέβα. καὶ πάλιν τοῦτο ῥῆσιν ὁ λόγος ὅτι τοιοῦτος ὢν ἀνθρώπων ἢ μετὰ τ ἀγκῶνα ἀρτηρία σφοδρῶς πάλλεται ποιεῖται τὴν μάνησιν ἤτοι μανικοί εἰσι. φλέβας μὲν γὰρ καὶ τὰς ἀρτηρίας ἐκάλουν οἱ παλαιοὶ, καὶ διαλείπει πολλάκις, ἐλλιπῶς ἢ πᾶσαν ἀρτηριῶν μάνησιν ὠνόμασον σφυγμὸν, ἀλλὰ μόνον τοῦτο ἀνθρώπῳ, παύσας ὅσαν σφοδρόν. Ἱπποκράτης ἢ ὡς καὶ πρῶτος ἄρξας τ μετὰ ταῦτα μεγάλης ἀρτηρίας, ἐρυθρὸν καὶ σφυγμὸν ἁπασῶν τ ἀρτηριῶν τὴν μάνησιν, ἀποδείξας σὺν ἐπιμελείᾳ τοῦτο τοῦτο ῥῆσιν. ἔτι τῷ παλαιστέρῳ τρόπῳ τ ἐρμηνείας χρώμενος, ἐπὶ σφοδρᾶς μανήσεως τ ἀρτηρίας, ἐπιμήκεσι τ μανικὸν καὶ ἐξύδυμον ἄνθρωπον, ἐπεὶ διὰ τὸ πλῆθος τ σὺν τῇ μεγαλοφυΐᾳ θορ-

διὰ θορμοσίας, ὅτι σφύζουσιν αἱ ἀρτηρίαι. μὴ μανι-
κὸς μὲν γὰρ μὴ ὀξυθύμως, τὸ πλῆθος δ' θορμασίας ὀργάζε-
ται. νωθρὸς δ' μὴ ἐαρεῖς μὴ δυσπινήτως, μὴ δ' ἰσχάσεως φυ-
χρότης. Quibus in uerbis abūdē explicatā habes σφυγμῶ appellationē, quæ ad ſequētia progreſſū faciūt. Quin et τυφώδη Gal. κόζγυτον, νωθρὸν, βαρὺ, μὴ δυσπινῆτον interpretatur, alibi quoq; σὺν hoc eſt mutū, ſurdum, ſtolidū ſignificare ſcribit. Nos apte reddidiſſe uidemur lentū quo iræ uacuitatē, naturarū frigidarū ualide propriā intelligimus, ut iracūdis et præcipitib. opponatur. Hac uerò dictione utitur Hip. li. 4. Epid. duab. in hiſtorijs in Attici puero et Emmyris uxore. Quibus in exēplis ut hic quoq; τυφλώδης legitur, quod quādoq; ſtupidū ſignificat. Quā lectionē ſecuti uidētur interpretes, quib. duo ex noſtris codicibus aſſentiūtur. Vetus uerò exēplar et recens alterū, utrobiq; τυφώδης legūt. Quæ lectio ex Gal. magis arridet. In Exegeſi,

¶ Τρῶμα δὲ αἱμορραγοῦσι.] Duplicē iſtud habere ſenſum poteſt, ut hæmorrhagiā ſanet, aut eam in uulneribus inflāmationis metu imperet. Quòd ſi ſanguinis profluuio ex uulnere medelā adhibet cùm in hæmorrhagia frigida adhibenda ſit, ex Aph. 19. et 23. li. 5. ulcus ipſum attingendū nō eſt, ſed partes quæ circumcirca ſunt, cautionē iſtā recipient. Caput tamen ipſum frigida non proluit Hipp. maius periculum ſuſpectans. Cogit enim

cutem frigidum, denſat, & adſtrictione ipſa cuticulæ manitates ita comprimit, ut excrementorũ uacuationi (quam uel ex uoto adeſſe neceſſe eſt) locus eſſe non poſsit. Quòd ſi capitis perfuſionẽ conſulit ad liberaliorem ſanguinis fluxum, ulcus aqua prohibens, idem ferè ſcripſit. lib. de rat. uict. in morb. ac. cùm balneum imperat, quibus infra modum ſanguis profluit. Inquit enim, ὧν ἀπέλασσον τὸ λαιμῶδες ῥέοι, λόσειν, ἤν τι ὅλον τὸ σῶμα, πρὸς τὰ ἄλλα ἀρύγη, ἤν τι τῶν λιφαλῶν μόνων. Quod etiã facit in Metone libro primo Epidemiorum.

¶ Ἢν λαρδίωσει.] In oris uẽtriculi morſu (quod antiqui καρδίαν, Galenus uerò tempeſtas ſtomachum uocauit) crebra eſt ſyncope, hoc eſt præceps caloris & ſpiritus exolutio. Cui maturè ſuccurrendum eſt. Non enim alia eſt peſtis capitalior, quæq; uitalitatis arcanis & ſpirituum officinæ, hoc eſt cordi ipſi, clãdeſtinas magis paret inſidias. τί δὲ λαρδίης ἄλλο λυγιώτερον ὀδὸν ζωῆς ἢ ὀδὸν θανάτου, ut inquit Aretæus. Cùm ſit igitur (ut idẽ inquit) τόδε τὸ πάθος, λύσις τῶν ἀτμῶν δὲ εἰς ζωὴν ἀπωάμιος, ἀντίξοως τῇ συστάσει τ' αὐδρώπου ἰὸν, magna diligentia adhibenda eſt, ut futuram ſyncopem præſentiamus, eiq; opportunis remedijs occurramus: παρεῖσαν γὰρ ὁ ῥιπὶδης ἀπὸ τῆς σωτῆρος. λύσις γὰρ δὲ φύσιος ἡ συγκοπὴ. ὁ παλαίστρος δὲ φύσις λυθεῖσα. Ad præcipitem igitur uiriũ lapſum

Lib. 2. de ſig. ac. morb. capite tertio.

lapsum usu quotidiano confirmatum est, panis calidi semiustulatas offas mero maceratas exhibere. Quod facit Galen. lib. 12 Method. suluũ præcipuè uinum ad celerem in corpus distributionem, & promptam uirium reparationem requirens, dum ne internum aliquod uiscus phlegmone laboret. Aretæus etiam in syncopes curatione, uinum inflammatione laborantibus, non nisi coactus adhibet, cæteris uerò ultrò, quibus & præsentissimum & uerò optimum est remediũ. Inquit enim, λύμ γαρ ὅτ ἀνάγκλω οἰνοποσίης ἔνεκ ὁ ἀνθρωπ&, ὁ καρτα ἀσφαλὶς ὅτι φλεγμονῆσι οἰνοποτέειν. οἶν& γαρ φλεγμαίνουσι μὲν πόνων ἐπίλοσις, ἀφλεγμάτοισι δὲ, φύσι& αὔξησις. Plinius quoq; lib. 23. Cardiacorum morbo unicam spem in uino esse scribit. Vinum igitur essentiæ tenuitate, promptè corporis partes peruadit, easq; refrigeratas caloris benignitate fouet. μῦν& γαρ οἶν& ἐλπὶς ὅτ ψυχροῖς, ut scribit Aretæus. Idem quoq; author grauissimus, panem calidum recentissimè coctum in syncope adhibet. Galenus etiam lib. 5. de loc. affect. in oris uentriculi offensione, quæ Grammatico morbum comitialem faciebat, panem uino intinctum adhibuit. Celsus quoq; lib. 5. in uulneris inflammatione præcauenda, dum cibum sustentat, & uirium imbecillitas cibum protinus necessarium facit, profluuio sanguinis intermorientes

Capite 1.

Capite 26.

ante ullam curationem uino reficit, quod alioquī inimiciſſimū uulneri eſt. Siue igitur ſyncopē ſtomachicā, ſiue cardiacā intelligas, celebre eſt remedium, quòd uitæ principiū, maximè hæ offenſiones petant. Illa enim etſi ſtomachi uitio accidit, nobili tamen uicinia cor ipſum noxiā ſentit, ut non aliò morbus ſit. Quod ſignificat Gal. li. 5. de loc. affect. & Aretæus in ſyncopes curatione. Vnde & καρδιώσσοντες καὶ καρδιαλγέοντες dicuntur qui hanc calamitatem ſentiunt. ἡ καρδίης γὰρ γε τόνημα καίεται ὅτι ὁ τόμαχος, ὃς ἔπαρ ἵληκεν ἡ καρδίη οἰνηῖον ἢ ἀξύμφορον.

Aret. lib. 2. de ſig. morb. ac. cap. 3.

¶ Ἐμέτου λύσις.] Vomitum uomitu curari ſatis indicat Hipp. lib. περὶ τόπων τῶν κατ' ἄνθρωπον. τοῦτο μὲν γὰρ ἔστιν ἐμέοντι ἀνθρώπῳ βέλτιον ὕδωρ δοῦναι πιεῖν πολύ, ἐπιλυθήσεται δὲ ἃ ἐμέει σὺν τῷ ἐμέτῳ. αὐτῷ μὲν διὰ τὸ ἐμέειν ὁ ἐμετος παύεται. Galen. uerò lib. 6. Epidem. id etiā apertè oſtendit. nec ideo tamen per ſimilia curationem fieri neceſſe eſt.

Comment. 2.

φασὶν οὖν ἔμετον ἐμέτῳ θεραπεύεσθαι πολλάκις καὶ λυούσῃ δεομένῃ διαχωρήματα λαμβάνειν. ἔστι δὲ καὶ ταῦτα μία μὲν ἴασις ἐπικόψαι τὴν διάθεσιν ὑφ' ἧς ὕγιοι ναυτίωδεις εἰσὶν, ἢ σωτηρίως ἀφίστασθαι δοκοῦσιν. γίνονται δ' ἔτι καὶ διττῶς, ὡς ἐμάθομεν. καθ' ἕνα μὲν τρόπον ἐπικινησάντων ἡμῶν τὰς χυμὰς, ὅσοι τῶν ναυτίαν, καὶ τὴν τῶν ἐντέρων δύξιν εἰργάσαντο. καθ' ἕτερον δ' ἢ πλεόντων ἢ καὶ μεταβαλλόντων εἰς ποιότητα χρηστὴν, ἢ ἐπιεικασάντων, ἰδέα-

τῶν. ὁδὸς ἄχθη ἢ μᾶλλον τούτων ἢ ἴασις ὑπὸ τ̃ ἐναντίων τι νομιζόμενον. τότε γὰρ ὅλως ἐπιχειρῶσαι τῶν ἀλλοτρίων τι καὶ παρὰ φύσιν χωρεῖν, ἐναντίον ὄφελος τῷ ἰσχύειν. ὅτι διὰ τὰς ποιότητας μεταβολὴ διὰ τ̃ ἐναντίας γίνεται ποιότητος.

¶ Ὅσα σφακελίζει.] Gangrænam quæ nondum planè tenet, ſed adhuc incipit, curare non eſt difficilimum. Cuius curationis admonet Hippocr. ne propter ſupinam negligentiam, cogimur poſtea miſerum quidem, ſed tamen unicum ſubire auxilium. Corruptelæ igitur partis rudimentũ et gangrænã ipſam nõdum confirmatã curat profundis uulneribus adactis & exhauſto ſanguine, interceptis tamen uaſis, ne periculum longè grauius ſentiant. Quæ cautio Hipp. in uſtionibus et ſectionibus eſt admodum familiaris. Sphacelus igitur, qui oſſis corruptionem apud Hippoc. ſignificat, hîc pro carnoſæ partis inflãmatione et deſperationis rudimẽto, quæ in uerã gangrænã tendit, ſumitur. Gangrænam enim proprie Medici de carnoſa, parte inflammationis ui emortua intelligunt, de qua et ſphacelus quandoq; effertur, ut ſcribit Galen. Comment. in Aph. 50. li. 7. Quin & ipſa partis inflammatio periculum denuncians gangræna dicitur, conſummata autem ſyderatio ſphacelos eſt. Paulo lib. 4. Quod etiam ſcribit Gal. Comment. 4. in lib. περὶ ἄρθρ. καὶ τὸ δὲ γαγγραίνης πάθημα παραγίνεσθαί φησιν αὐτοῖς, ἐμπλαθέντων τ̃ ἰχῶρος

χόντων

Capite 19.

χόντων ὀστῶν παρὰ τῷ μηλίδα λιπονότι τ̃ φλεγμονῆς. ὅταν γοῦν ὑπὸ τὰ πάθη τὰ φλεγμαίνοντα, τότ' ὄρυδρον δ̃ φλεγμονῆς ἀπόλλυται, πιλιλυῶν γιγνομένων τῶν σωμάτων, ἤτι ὀλιώη μιμεῖσθαι δοκεῖ, διότι καὶ ἡ αἴσθησις συγκρούεται, καὶ ὅταν γε τελέως αὐαίσθητα γένωνται τὰ ὅτως πάσχοντα σώματα, τὸ παλ& ὀνομάζουσι. μεταξὺ γὰρ τ̃ τε τ̃ σφακέλε καὶ τ̃ μεγάλης φλεγμονῆς ὀδὶν ἡ γάγγραινα, τοσοῦτον χεῖρον δ̃ τηλικαύτης φλεγμονῆς, ὅσον μυριάτερον τὸ σφακέλε. φθορὰ γὰρ ὅτός ὅτι δ̃ ὅλης ὀστέης τὸ σφακελίσαντ& μέλος, ὥστε οὐδ' αὖ ἰήσατό τις αὐτὸν ἤδη σωτήριον, ἀλλ' ἐπ' ἀρχόμενον, ὅπερ ὀλίγα σφακέλ& ὀδὶν ὄντως, ἀλλὰ γάγγραινα μεγάλη πλησίον ἤκουσα σφακέλε, ἐκτεταχρώμιδα δ' οὖν ἐνίοτε τοῖς τῶν παρακειμένων παθῶν ὀνόμασι, ἐπὶ τῶν ἀφικνουμένων μὲν εἰς αὐτὰ, μηδέπω δὲ ἐχόντων τὴν ἐκείνων ἰδέαν τε καὶ φύσιν. ὅτως οὖν καὶ τὴν μεγίστην φλεγμονὴν, ὅταν μήτε τὴν σύγχρουσαν διασῴζῃ τὴν ἰσχύν, μήτε τὴν ὀλιώλυν, ἐνίοτε γάγγραιναν ὀνομάζομεν, μηδέπω μὲν ὅσαν ἀκριβῶς γάγγραιναν, ἀλλ' ἀμυδράν. μικρὸν ὕστερον ἐσομένην. Quibus ex uerbis etsi sphacelum à gangræna differre indicat, pro eodem tamen sumi posse, & pro leui mali initio necdum confirmata syderatione, luce clarius est: quemadmodum Aphoris. 50. lib. 7. usurpatur. Est ubi σφάκελ& ossis corruptelam significat, ut Aphoris. 79. lib. 7. & lib. περὶ ἀγμῶν, ubi σφακελίσαι τὸ ὀστέον

τὸ δ̃

τὸ δὲ πτίφνης scribens Hippocr. διατὰ ἢ φθειρομένου δὲ ὅλης αὐτῆς ἐσίας ἐστὶ σφάκελον ὠδιφίρει. Interdū uerò qualemcunq; partis corruptelam significat. Est enim σφάκελος φθορὰ πᾶσα διαδ' ὃν αὐ γίγνεται βόπον, ut scribit Galen.in Exegesi. Et τῶν ὅλων δὲ ἐσίας ἑκάστε μορίε φθορὰν ἐνομάζεσιν οἱ παλαιοὶ σφάκελον, quēadmodū testatur Cōment.2.in li.de fract. Est et uaria multiplexq; huius uocis notio Gal. li.2.de loc. affect.cōtra Archigenē. Qua de re alibi plura dicēda sunt. Caluus τὰ σφακελίσαντα, quæ putruerunt non satis aptè reddidit, ut nec Cornarius, quæ corrupta torpescunt. Illud autē ἀναλαβόντα quàm obscurè per [resumito]expressit Caluus? Ita mediusfidius, ut Delio natatore opus sit in eo qui alterius sensa eruit explicando.

¶ Σπασμῶ χαλεπὸς.] In sola partis offensione deplenda est multitudo, ei noxam afferens. Quòd si cum febre fiat, & capitis dolore maior uacuatio necessaria est, & tunc uenæ sectio profuerit, quæ offensam minuat. Capitis autē intemperiem & mentis agitationem, quæ conuulsionem afferre potest, aquæ calidæ perfusio sanatura est, dum ea non temerè adhibeatur, non secus ac Metoni auxilio fuit, libro primo Epidemiorum. Quin et febris ipsa humorum copiam morbum facientiū dissipabit. De scarificatione uerò, hunc locum intelleximus propter dictas rationes, & quòd

σχάσας

σχάσαι (Galeno tria significans, ἀμύξαι, ἐκκρίναι, χαλάσαι) de scarificatione cutis & pertusione, Hippocrati cæterisq; ferè Medicis usurpetur. ἀποσχάσαι uerò de uenæ sectione, qualis est ἀπόσχασις βραχίονος, bis usurpata libro quinto Epidemiorum, ubi uitiosè ἀπόστασις legitur, & semel libro Epidemiorum septimo.

¶ Ὀφθαλμῶν.] Oculis fluxione acri tentatis de siccantia & digerentia adhibet. Quorum omnium repetitam habes materiam ἐν νόσοις Hippocratis. Frigidæ affusio capitis feruorem et intemperiem, humorum uerò acrimoniam diluit et temperat. Allium humores desiccat & calfacit, capitisq; grauitates alleuat, ex lib. 4. de rat. uict. in morb. ac. Hìc uerò secuti sumus nostra exemplaria. Vetus enim ψιμμιθίου, σμύρνης οὖ, legit. Duo uerò alia, ψιμμιθίου ἓν, σμύρνης ἓν. Quam lectionem tuentur interpretes. Nisi quòd Caluus ἀνθρήνατον μέρος iunxit. Porrò mazæ nomen, ambiguum retinuimus, ne uerborum lenocinijs calumniam accersendo, ueritatem ipsam proderem. Mazam Aristotelis in Naturalibus quæst. massam hordeaceam uertit Gaza, ut ἄλφιτα triticeam. Quin & Hesychio, ἄλφιτα πεφυραμένα ὕδατι καὶ ἐλαίῳ significat. Athenæo uerò panem offa madefactum, seu libum, seu placentam. Panem autem ex hordeo antiquis usitatũ, uita damnauit

nauit, quadrupedumq; tradidit refectibus, ut inquit Plinius. Maza autem refrigerat, siccat, flatibus uias aperit, & cum optima nutricatione corpus alleuat, ut scribit Hippocrat. libro secundo περὶ διαίτης. Lib. 18. cap.

¶ Κιρσοὶ δὲ.] Varicosis etsi raro caluitium inest, quibus tamen uitium in uarices secedit, ij posteà meliori fortuna utuntur. Varix igitur, cùm sit à natura humoribus destinatum repurgamentum, fœculentorum & crassiorum succorum depulsione mentem totumq; corpus liberat, quoq; crassior fuerit eò securiorem immunitatem facit. Sic & caluorum uarices subinde translata materia, pilorum fœcunditatem restituunt, & fœditas ipsa honestamento est. Quod scripsit Hippocr. Aphoris. 34. lib. 6. ὁκόσοι φαλαγγοὶ, τετίοισι λιγυοὶ μεγάλοι τε γίνονται. ὁκόσοισι δὲ ἂν φαλαγγοῖσιν ἐξῆσι λιγυοὶ ἐπιγένωνται. πάλιν ὅτοι γίνονται λασίοι. Ab Arist. uerò repetitur lib. 3. de hist. anim. his uerbis: οἱ δ' ἰξίαν ἔχοντες, ὕτιον φαλαγγοῦνται, λεῖον ὄντος φαλαγγοὶ λάβωσιν, εἴνιοι δασύνονται. Vbi ὀξέαν uitiosè pro ἰξίαν legitur.

¶ Λαφὲ.] Nomina ipsa retinuimus, quòd sint generum uniuersaliorum formæ quædam. Etsi enim utrunq; cutis defœdationẽ aspritudinẽq; potius quàm morbũ infert (ut scribit Hippoc. libro περὶ παθῶν) unum tamen uitiligine, alterum uerò

scabie

ſcabie comprehenditur. De quibus Celſus extremo libro quinto. Paulus libro quarto, ad utroſq; alphos & lepram, calcem indicit. Quòd uerò hîc κὶ ὕδατι dicitur, ad uſum retuli cùm calcem elutam & aqua maceratam dixi. Quòd ſi quis aqua dilutam & diſſolutam intelligat, non magni refert. Vtrunq; enim complectitur Paulus, cùm ſcribit ad lepram, καὶ τῷ τίτανον πεπλυμένῳ ἐχι ξηρᾷ. ἐπὶ δὲ τῆς χρείας ὕδατι διαλύων εἰς γλοιὸ πάχος καταχεῖ. Ad alphos uerò, πεπλυμένη τίτανος ὕδατι λυθεῖσα.

¶ Χορίων ἐκβάρσεις.] Fœtu excuſſo uelamentum quod intus fuit (ſecundas Celſus, Græci χόριον, ὕστερον, & λοπάριον uocant) firmiter tenet: cuius caſus omnibus modis procurandus eſt. Hîc ſternutatorium medicamentum adhibet, ut corporis totius concuſſu uis adhibita, inuolucrum illud deijciat. Quod etiam Aphoriſ. 49. lib. 5. monuit: ὑστέρων ἐκπτώσιας πταρμικὸν προσιδὲς ἐκβαλλαμβάνειν τὰς μήτρας καὶ τὸ τόκια. Sic lib. 2. περὶ γυναικείων: ſi ſecundæ remanẽt, πνεῦμα διαπέμπειν ſuadet, & in abortu τὸ πταρμικὸν προσφέρειν, ἐπιλαμβάνειν δὲ τὸν μήτρας καὶ πάρνυσθαι, καὶ τόκια πίπτειν, ὅκως ὁ πταρμὸς ὡς ἔτι μάλιστα συνεργήσῃ. Quod ſic expreßit Celſus libro ſecundo. Quæ locis laborat, aut difficulter partum edit, ſternutamento leuatur. Idem etiam conſulit Paulus libro

Capite 75.

bro ſexto. Porrò duo ex noſtris exemplaribus hîc ἐλλίβορον pro exemplo addunt, & ita legunt, ἐλλίβορον πρὸς τὰς ῥίνας προσφέρειν. Quam lectionem ſequitur Caluus. Nos nihil immutauimus, quòd πρὸς τὰς ῥίνας προσφέρειν ὅτι πταρνοῦται, ſternutatorium ſignificet.

FINIS SECTIONIS QVINTAE.

HIPPOCRATIS COI LIBER DE MORBIS VVLGARIBVS SECVNDVS.

Anutio Foësio Mediomatrico medico, interprete & enarratore.

TMHMA EKTON.

ΦΥΣΙΟΓΝΩΜΟΝΙΚΟΝ.

ΗΝ κεφαλὴ μεγάλη, & οἱ ὀφθαλμοὶ σμικροὶ, τραυλοὶ, ὀξύθυμοι. οἱ μακρόβιοι, πλείους ὀδόντας ἔχουσιν. οἱ ξανθοὶ, τάχυγλωσσοι, μελαγχολικοὶ, καταπορέδες. ἀκροφαλαμύκαι, ὀξύθυμοι. μεγάλη κεφαλὴ, ὀφθαλμοὶ μέλανες καὶ μεγάλοι, ῥίνα παχέϊα καὶ σιμὰ, ἐσθλοὶ. χαροπωποὶ, μεγάλοι κεφαλὴ, σμικρὴ,

κρὴ, αὐχλὼ λεπτὸς. σύθεα σφὰ, ὀλιγάμοσοι. κεφαλὴ σμικρὴ, ὀλίγη ἔστι τραυλὸς, ὀλίγα φάλακρος, ἢν μὴ γλαυκὸς εἴη. ἀσασμὸν φωνὴ φθονίμως λύεται. ἀπόπλακτα τῶν μεγάλων νοσημάτων, λεχοῖ δὲ πυρετανόσῳ, καὶ ἀλγεδόσῳ, ὕδωρ καταχεῖν, ἢ πιοσάνιλω παχέϊ λιπόναι τρὶς ἢ ἡμέρης, θερμῶ. παιδίον τρέφει, ἐβδόμῳ μηνὶ, ἢ φθινάτῳ ἢ λεκάτῳ, καὶ ἵσταται τῇ φωνῇ, καὶ ἰσχὺς ἕπεται. καὶ τῶν χειρῶν κρατέει. ἢ φωνῆς λυομένης πάντα λύεται, ἡ γὰρ λύσις τῇ φθέγξει ὁμοίη. λύεται δὲ ἐν γονίμῃ. ἢν αἱ φλέβες σφύζωσιν ἐν τῇσι χοροῖσι, καὶ τὸ πρόσωπον ἐρρωμένον, καὶ ὑπόχονδρια μὴ λαπαρὰ ἦ, χρονίη ἡ νοῦσος γίνεται. ἄνευ ἀσασμοῦ δὲ λύεται, ἢ αἵματος πολλοῦ ἐκ τῶν ῥινῶν, ἢ ὀδυνίης δὲ τὰ ἰσχία, τὸ λαμπὸν ὕδωρ θερμὸν κατὰ ἢ κεφαλῆς καταχεῖν, ἢν μὴ ψύχος ἦ. ἢν δὲ μὴ, ἄλυτον ὡς θερμότατον λιπόναι, καὶ οἶνον ἄκρητον.

SECTIO SEEXTA.

ANIMI COGNITIONEM PER NATVRALES NOTAS FACIENS.

Vibus caput magnũ, oculi parui, ſi balbutiant, íj in íracundíam ſunt præcipites. Quibus longa uíta promittitur, plures dentes habent. Balbutientes & uolubilitate linguæ præditi, íj melancholici & plurimùm bilioſi ſunt. Qui inconniuentíbus oculis intuentur, íræ ſunt admodũ præcipitis. Quibus caput magnũ, oculi grandiores & nigri, nares craſſæ & ſimæ, íj boni ſunt. Qui oculos grandiores & rauos habent, caput paruum, ceruícem tenuem, pectus anguſtum, íj à natura concinnam partium proportionem acceperunt. Qui capite eſt paruo, neque balbutiet neq; calueſcet, niſi ſi cæſios habuerit oculos. Conuulſis, ſi uox die impari líbera reſtituitur, à

tur,à magno morbo immunitatem præstat. Febricitantem uerò puerperam & ex dolore laborantem aqua perfundito,eiq; ptissanã crassam calidã ter die apponito. Puer mense septimo,nono aut decimo nutricationem accipit, uoce pollet,inualescit & manuum compos est. Vox ubi absoluta fuerit & libera reddita,omnia etiam liberantur (ipsa quippe natura liberæ uocis emissioni quodammodo respondet.)Solutio autem ista,die impari contingit. Venarum in manibus conspicua pulsatio, & facies bene habita,cum præcordiorũ contensione & tumore, diuturnum morbum significat, qui ferè non sine conuulsione,aut liberali sanguinis ex naribus profusione,aut coxendicum dolore soluitur. Gula affecta calida caput perfundendũ est, dũ ne frigus adsit. Sin minus,farinã q; calidissimã & merum apponito.

COMMENTARIVS,

HIc labor operis noſtri ultimus, ſuperioris argumentum obtinet, non magis tamen explicatũ. Atq; haud ſcio (ut uerum fatear) an quicquã in hoc ceruicoſo opere, ſit his duobus Phyſiognomiæ capitibus difficile magis aut conciſum, quodq; maiorem in ſe operam intendat, aut per uarios rerum meandros ingenium uehementius diſtrahat. Non eſt tamen in extremo actu uelut exhauſto ſpiritu deficiendum, ſed ab argumenti coniunctione incipiendum. In cuius tractatione cùm ferè paria fecerit Hippocrates, duo ex noſtris exemplaribus ne ſectionem quidem hauc diſtinguunt. Vnum uerò peruetus tam aptè diſtinguit, ut φυσιογνωμονικὸν λόγον addat. Quod uidetur ſecutus Caluus. Sed ut fit in iudiciorum ratione, in optimorum pluriumq; conſenſum pedibus eundum eſt. Quæ etſi in Hippocrate explicando ſunt minimi momenti, apud quem ne ordinis rationem, uelut in Orcheſtra gradus facilè definias, dum Medicinæ parentem non uelut Roſcium numeros facientem in ſcena ſpectamus: Ne tamen omittenda quidem ſunt, quòd uelut in numinis religione, ita in hoc auguſto Medicinæ ſacrario, minimùm peccaſſe

nefaꝰ

nefas sit. Popularem igitur lectionem secuti, hîc Secturam sextam facimus.

¶ Ἡ μιφακὴ μεγάλη.] Τραυλότης est (ut inquit Aristot.) σύδεσις τῶν γραμμάτων, ubi uelut impedita lingua literam explicatè non profert. Quæ etsi in genere magis spectatur, hîc tamen pro præcipiti & inexplicata linguæ uolubilitate sumitur, quæ temerè magis quàm impigrè acribus sensuum actionibus præit magis quàm ministrat. Et ut scribit Arist. in Quæst. naturalibus, προτρέχει ἡ ὁρμὴ τοῦ λέγειν τῆς διωάμεως αὐτοῖς, ὡς θᾶττον ἀκολουθούσης τὴ ψυχῆς τῷ φαινόμενῳ. Quod in uehementissimis animi motibus facilè uidere est, in quibus balbutiens lingua mentis sensum non expedit, quemadmodum libro quarto Epidemiorum, προπετέως ταχυγλωσσότροι δωφήξαντες dicuntur, linguæ incontinentia & celeritate præditi. Quod uitij genus ebriosis accidit. Atque id magis aperit, cùm postea βαυλοὺς ταχυγλώσσους uocat. Quòd si paulò liberiore Medicinæ præscripto, leonem ex unguibus æstimare licet, capitis magnitudo, conformationis robur, & uiscerum præpotentem calorem ferè sequitur. Oculorum paruitas (si quæ de magnis oculis prius diximus, constant) cerebri siccioris indicium præ se fert. In quo sensationum ipsarum incitamentum, calcar & politura

Sect. II. quæstion. 38.

consistit, si (ut meritò quidem) qui humore diffluunt, rubiginem & situm contrahunt, & quodammodo mucescunt. Quam ob rem iure quidem iracundi sunt & præcipites, dum ad nobilissimi uisceris præscriptum, ut ad regis edictum, sensus ipsi imperata faciunt. Ex quo quicquid est uitalitatis & uerò æternitatis, mutuantur atq; accipiunt.

¶ Οἱ μακρόβιοι.] In dentibus augurium uitæ esse creditur. Quibus plures fuêre, longiora promitti spatia putant, inquit Plinius. Quare plures dentes ex hominum genere, maribus quàm fœminis insunt. Quæ prius Aristoteles expreßit, historiæ animalium libro secundo de dentibus loquens: ὅσοι πλείους ἔχουσι, μακροβιώτεροι, ὡς ἐπιτοπολύ εἰσιν. οἱ ἧττον δὲ, ἧττον καὶ ἀνόδοντοι, ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ βραχυβιώτεροι. In quæstionibus uerò naturalibus causam etiam addidit, etsi non satis iustam. Scribit enim sect. 10. διὰ τί τῶν ἀνδρώπων οἱ ἀραιοὺς ἔχοντες τοὺς ὀδόντας, βραχύβιοι ὡς ἐπὶ τὸ πολύ. ἢ ὅτι σημεῖον τὸ τὸ ὀστοῦν πυκνὸν εἶναι, ὡς ὁ ἰγκέφαλος ἀδρῶς ἐκ σύπνου, ὥστε ὑγρὸς ὢν τῇ φύσει, ταχὺ σήπεται. καὶ γὰρ τὰ ἄλλα μὴ λιπόμενα καὶ ἀπατμίζοντα. διὸ καὶ ἀνδρωπος τῷ λιφαλῷ λασύτατον, καὶ τὸ ἄρρεν τοῦ θήλεος μακροβιώτερον, διὰ τὰς ῥαφάς. διὰ δὲ ἰδίαν καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων. Sectione uerò 34. διὰ τί οἱ μανοὺς ἔχοντες τοὺς ὀδόντας, ὀ μακρόβιοι, ἢ ὅτι τὰ μα-

Cap. 16. lib. 7

Quæstion. 41

Quæstion. 1.

τὰ μανικὰ πλείους ἔχουσιν, οἷον τὰ ἄσωτα τῶν θηλειῶν, αὐλῶν γυναικῶν, πρόβατα προβάτων, οἱ οὖν ἀφαιροῦντες ὥσπερ ἂν ἐλάττονας ἔχουσιν ὀλίγους ἐοίκασι.

¶ Κατακοίλους.] Hæc uox quæ ex media Hippocr. schola prodit, admodum est ambigua. κατακοίλους enim dicũtur, quicunq; multa bile abundant, quales sunt πικρόχολοι. Qua in significatione hîc sumi uidentur. Aut qui bilem multam colligunt, eamq; expurgant, quòd κατακοῖς de mera bile flaua & abundè saturata Hippocrati dicatur. κατακοΐα γὰρ καλεῖ τὰ ἀκρατοχολῆ διαχαρήματα, ut scribit Galenus. Quod etsi aliquando simpliciter effert, addit tamen sæpe χολώδια, & κατακοΐα χολῆς dicit in Eutychide lib. 5. & 7 Epidem. meram & abundè saturatam bilem intelligens, quæ in cholera morbo euomebatur. Synceram quoq; bilem uocauit Aretæus, κατακοΐα χολῆς in hepatis morbis. Sic postea τὰ ἄνω κατακοΐα, καὶ τήδια κατακοΐα dicet, τὰ τοιάδε χυμῶ γιγνητικά. ἀλλὰ καὶ κατακοΐς ἀνδρώπους ὁμοίως ὀνομάζει, ut inquit Galenus: quemadmodum ἰκτεροώδεις κατακοΐς dicuntur in Coacis, morbo auriginoso admodum fœdati, aut ij qui supra auriginem multa bile suffusi sunt. Quod ictero est maximè proprium. Sic ἰκτεροώδεις κατακοΐως dicit Aretæus cap. à nobis prius adducto. Eadem propè si-

In Exegesi.

Cap. 13. lib. 2. de mor. diut.

gnificatione ἰκτεροφόρα ὄρα in ictero scribit Aretæus, ex multa bilis flauæ perfusione, coloris intensionem denotans. Fit enim ut interceptis bilis repurgamentis, quæ per intestina eluuntur, multa bilis ad urinas deferatur, quæ sua copia impensè rubras urinas & nigrantes reddit. Abundè igitur saturatum illum colorem denotare possunt, non secus ac Aristot. libro περὶ χρωμάτων τὸ ποώδες ἰκτεροειὲς ἰσχυρῶς dixit, redundantem & expletum herbidum colorem significans. Et Dioscor. σανδαράχῃ ἰκτεροῦ πυρρὰν, sandaracham quæ ad satietatem rufescit, intellexit.

Lib. 4. histor. Plant.

Theophrastus etiam, χρῶμα ὁμοιον ῥόδῳ ἰκτεροειὲς uocauit colorem roseum in plenum. Φαρμακον uerò ἰκτεροειὲς dicitur, ὃ διὰ τὸν ἐγνουμενον, ἢ αὐτὸ χυμὸν ἢ διὰ τῶν ἐλίκων χρέων. Quin & ἰκτεροῦ λίψαν alia notione dicit Hippocrates, τῶν ἤτοι διὰ τὸν τοιοῦτον χυμὸν γιγονύιαν σφοδρὰν, ἢ ἐις ἄκρον τεταμένων, quemadmodum ἰκτεροῦ βῆχα dixit in Menonis historia lib. 7 Epidemiorum. Cuius uocis ὁμωνυμίαν tibi aliàs abundè explicatam esse uolumus. Hîc igitur πικροχόλους intelligo, qui multam bilem congerunt, & in îram sunt ualde præcipites. Quare plurimùm bilioſos uertimus, non bile suffusos, ut ad innatam naturam ista referremus.

Lib. 5. Epid.

¶ Ασπαραμύκτῳ.] Ασπαραμύκτου est incõ-

nüenter

niuenter aspicere & oculis esse fixis, immotis et inconclusis. σκαφλαμύτταν nictare dixit Plinius. Cap. 37. li. 11. Quod plerisq; adeò naturale est, ut nictare non cessent, quos pauidiores accepimus. Et Aristot. libro primo Historiæ anim. perpetuò nictantes oculos inconstantiæ, rigentes uerò & intentos impudentiæ indices esse testatur: scribens, ηκὶ οἱ σκαφλαμυκτικοὶ, ἢ ἀτινεῖς ἢ μίσοι, βελτίους δὲ ἦσαν οἱ μίσοι, ἐκείνων δὲ ὁ μὲν αὐθαδὴς, ὁ δὲ ἀβέβαιος. Præcipuæ uerò audaciæ & inuicti roboris inconniuentes oculi testes sunt. Quod de duobus gladiatoribus à Caij principis ludo scribit Plinius, qui contra comminationem aliquã non conniuerent, & ob id inuicti. Tantæ hoc difficultatis est homini. Nictationum officium in genis est, quas ea de causa natura dedit, ceu uallum quoddam uisus & prominens munimentum contra occursantia animalia, aut alia fortuitu incidentia. At uerò crebriorum nictationum in homine, causa est cutis mollities quæ genæ obducta est, ut scribit Aristoteles capite decimotertio libri secundi de Partibus animalium, ut facilè rigeant quibus durior palpebra est, quæ calidioris & siccioris naturæ nota est, qualis in ἀσκαφλαμύνταις, extremè bilioſis, præcipitibus & iracundis meritò esse potest. ἀσκαφλαμύνταις, rigentes & intentos oculos dicere potuimus,

potuimus, dum σπαρλαμνηστικοῖς ἀτρῳᾶς opponit Aristot. quales Caio principi fuisse notatum est. Sed significationẽ ipsam magis expreßimus, cùm conniuere utriusq; genæ ministerio ijs quæ animal pariunt, ex Aristot. addiximus. Etsi id in auibus contingit, ab angulis membrana obeunte. Vtrunq; Plinius nictatione expreßit, & μύειν quod inferiore gena in auibus obitur, conniuere dixit. Vtrunq; etiam iunxit in magna morbi offensione Hippocr. in Coacis, cùm dixit, ὅσοι ἐν νηχῷ ἄφωνοι λειμψνοι μύοντες σπαρλαμύσσουσιν. Quod ex maxima imbecillitate accidit.

Lib. 2. de par. an. cap. 13. & lib. 2. de hist. an. cap. 12. Cap. 27. li. 11.

¶ Ὀφθαλμοὶ μέλανες.] Humorum exuberantiæ, in qua moderatam morum simplicitatem posuimus, notam esse in oculorum magnitudine prius diximus. Quod peræquè de nigris oculis sentiendum est. Aquei enim & tenuioris humoris copia oculi nigricant, quæ certa sunt oculi humidioris indicia. Id scribit Galenus in Arte parua: μέλας δ' ὀφθαλμὸς, ἢ διὰ τὴν σμικρότητα, ἢ λευκαλοειδὴς, ἢ διὰ τὸ ἐν βάθει δύσει, ἢ ὅτι λαμπρόν τε καὶ αὐγοειδὲς, ἀκριβῶς δὲ ἴσμεν, ἢ ὅτι τὸ λιπαρὸν ὑγρὸν, ἧττον πλέον, ἢ ὑ λυκθαρόν ἐστιν, ἢ διά τινα τούτων ἢ διὰ πάντα τὰ φύσει γίνεσθαι. τὸ μᾶλλον δὲ καὶ ἧττον ἐν αὐτοῖς, ὡς ἔμπροσθεν εἴρηται. τὸ μὲν οὖν λιπαρὸν ὑγρὸν, ὑλατωδέστερόν τε καὶ πλέον γεγόνος, ὑγρότερον ἀποφαίνει τὸν ὀφθαλμὸν, ὥσπερ γε καὶ εἰ ψυχρότερον, ἢ ἐλαττον γένοιτο ἐπ-

τοξικρότερον. Aristot. quoq; lib. 5. de gen. anim. nigredinis oculorum, humorem multum causam facit. τὰ γὰρ ἔχοντα τῶν ὀμμάτων πολὺ τὸ ὑγρὸν μελανόμματά ἐστι, διὰ τὸ μὴ συλλίπασθαι εἶναι τὰ πολλά. De naribus simis abundè prius diximus. In quibus ἰσθλὸν, ut nunc, intelleximus, quem uera simplicitate bonum dixit Mart. Cæterùm quod hîc est sententiæ principium μεγάλα λιφαλὸν, Caluus omisisse uidetur. Capite 1. Li. 1. epig. 96

¶ Κιφαλὸν σμικρὸν.] Singulorũ corporis partiũ æstimatio non leuiter facienda, sed in sese ducenda est. Ceruicis gracilitas & thoracis angustia, quas commendabiles uirtutes habeant non uideo. Siquidem hæc spinalis medullæ (quæ cerebro respondet) uitium, illa uerò cerebri imbecillitatem & conformatricis penuriam, utraq; etiã materiæ inopiam ostendit, ut ex Gal. satis constat in Arte parua. Ceruicis igitur tenuitas uniuersum neruosum genus ex cerebri imbecillitate arguit, non secus ac ualida ceruix & optimè ossibus compacta, neruosum genus uegetum & robustum, ex concinna capitis figura significat. Thoracis uerò angustia, spinalis medullæ (quæ proportione cerebro respondet) cuiq; thorax ipse per uertebras iungitur defectũ, aut profectò in materiæ copia calidi imbecillitatem profitetur. Quæ nullo nomine probari possunt, nisi in partium

tium concinna & aptè respondente proportione. πλατυστρνότατον γὰρ οὔθρωπον facit Galenus in libro πρὶ ἄρθρ. ὅτι λαμπυλοτάτας πλευρὰς ἔχει, ut loquitur Hippocrates: idemq; Prorrhetico secundo, pectus laudabile sic circunscribit: τὸ ὃ στῆθος ἐπαινέσῃ χρὴ, τετράγωνόν τι εἶναι, καὶ λάσιον, καὶ ὀχνὸς & αὐτὸ μικρὸς ἔστω, καὶ σιφαρκωμένον & ἰσχυρῶς. ὄφις μὲν γὰρ ταῦτα πάντα ἔχει, πρηστικώτατος & γίνεται, ὃς δ' ἂν μηδὲν τούτων ἔχῃ, ὀλιγοψυχότατος &. σύμφοροι igitur ad concinnã partium interesse proportionem, quæ in naturæ conformatione consistit, referendum est. Sic enim probè inter se (etsi in naturæ officiorum uitio) consentiunt capitis paruitas, ceruicis gracilitas, & pectoris strictura, ut ex Galeni Arte parua, luce clarius cõstat. Quod profectò nos mouit, ut lectionem uulgatam non immutaremus, & ληφαλέῳ σμικρῷ retineremus, quamuis repugnantes habeamus duos codices, uetustißimum nostrum & alterum non æqua fide dignum. Quam lectionem secuti etiam sunt interpretes. Nec nos terret, quòd in hac affectione, oculi raui cùm magnitudine aptantur. Quæ etsi sunt humentioris quodammodo naturæ soboles, materiæ tamen copia necessarias bonitatis notas non inducunt, ut satis apertè prius iudicauimus.

Comment. 3.

¶ Ἦν μὲν γλαυκὸς ἐὼν.] Oculi cæsii in quibusdam præ-

dam præcipuæ ingenuitatis indices, splendoris ignei ubertate, humoris uerò aquei penuria fiunt. Quare ob splendoris copiam plus ignis habere existimauit Empedocles. Vnde non immeritò siccioris naturæ præsagia præmonstrant, cùm tenuioris humoris inopiam significent. Quod testatur Gal. in Arte parua. γλαυκὸς μὲν οὖν ὀφθαλμὸς ὕτοι διὰ μέγεθος, ἢ λαμπρότητα τοῦ ὑγροειδοῦς, ἢ πρόσιτῃ ὄψιν, ἢ διὰ τὸν τοῦ λιπτοῦ καὶ ὑδατώδους ὑγροῦ τοῦ κατὰ τὸν κόρην ὀλιγότητά τε καὶ καθαρότητα γίνεται. Idem testatur Aristot. libro quinto de gen. anim. τὰ μὲν οὖν ἔχοντα τῶν ὀμμάτων πολὺ τὸ ὑγρὸν μελανόμματά ἐστι, διὰ τὸ μὴ σὺ διόπτα εἶναι τὰ πολλὰ. γλαυκὰ δὲ τὰ ὀλίγον. καθάπερ φαίνεται καὶ ἐπὶ τῆς θαλάττης. τὸ μὲν γὰρ σὺ διόπτον αὐτὴ, γλαυκὸν φαίνεται, τὸ δ' ὕστερον, ὑδατῶδες, τὸ δὲ μὴ διωρισμένον διὰ βάθος, μέλαν καὶ κυανοειδές. Idem quoque in Quæst. nat. διὰ τί οἱ πρὸς μεσημβρίαν οἰκοῦντες μᾶλλόν εἰσι μελανόφθαλμοι, ἢ γλαυκά μέν ἐστι τὰ ὄμματα διὰ τὸν ὑπερβολὴν τοῦ σύντος θερμοῦ, μέλανα δὲ διὰ τοῦτο ἀπεψίαν. ὥσπερ καὶ Ἐμπεδοκλῆς φησι. καθάπερ οὖν τῶν πρὸς ἄρκτον οἰκούντων, γλαυκὰ ὄμματά ἐστι, τῷ τὸ σύντες θερμὸν ἰωλύεσθαι διικνεῖσθαι, διὰ τὸ σύντες ψυχρόν. ἕτω τῶν πρὸς μεσημβρίαν οἰκούντων, τὸ μὲν ὑγρὸν διὰ τὸ περίεχον θερμὸν ἐκκαίεσθαι. τὸ δὲ λειπόμενον ὑγρὸν, μέλαν ποιεῖ. Quæ omnia etsi uera sunt, neque tamen

Capite 1.

Sect. 14. quæstion. 14.

tamen pugnant cum his quæ superioribus locis ex Galeno adduximus, ubi glaucos oculos humidioris naturæ esse indices significare uidetur. Est enim γλαυκότης (ut scribit Arist.) ἀσθένειά τις, καὶ ὥσπερ ἡ πολιότης ἀσθένειά τίς ἐστι τοῦ ὑγροῦ τοῦ ἐν τῷ ὑγρῷ καὶ ἀπιφάλῳ, καὶ ἀπιψία, καὶ ἡ γλαυκότης. Quam ob causam & nuper natorum puerorũ oculi cæsii sunt. Atq; adeò quæ de eorum affectione ex Galeno et Arist. dicta sunt, relationem ad nigros oculos habent, ut cuiuis uidere licet. Hîc etiam ψαυλὸν, nõ alia significatione quàm prius accipi uolumus, ut non magno siccioris naturæ intertrimento simul inesse efferri possit.

¶ Σπασμῶν φωνὴ.] Morbi comitialis aut apoplexiæ solutionẽ significat, uox liberè restituta. In quibus uinctis sensibus uox ita præpeditur, ut sopita uideatur: quæ cùm redditur, sensationũ libertatem significat. Quòd si iudicij dignitas accedat, magna sit ad solutionis authoritatem accessio. Φωνὴν uerò λυθεῖσαν dicit, quàm ἀποδεδεμένην Arist. nos liberam & expeditam, aut explanatam dicimus, quamq; Hipp. in Coacis παραλελυμένῃ opponit, hac in sententia: ὑφαλαλγίαι μετ' ἴλιγγος, καὶ ἀυλοίων ἀλγήματος, καὶ νωθρότητα καὶ ἀκροσίλιν παρέχει, ἢ φωνὴν παραλύει, ταῦτα δὲ χαλεπὰ. γαυνώδεις ἢ ἢ λυγώδεις γίνονται σὺν τούτῳ μᾶλλον ἐν τούτῳ, φωνῆς λυθείσης ὅτι τὸ αὐτὸ ἐκδέχονται. So-

lenne

lenne autem est Hippocr. per ἀφωνίαν aut uocis impedimentum, apoplexiam ipsam aut epilepsiã denotare, maximè si λιφαλαλγίαν addat, ut ex unica Coacarum sententia tibi manifestum fiet, ut ne longius abeamus. Scribit enim, οἷσι λιφαλαλγίαι ἢ ἦχοι ἀπυρετοῖσι ἢ σκοτοδίνη, ἢ φωνῆς βραδύτης, ἢ νάρκη χειρῶν, ἢ ἀποπληξίης ἢ ἐπιληπτικὸς προσδοκᾶν τούτους ἰσχιάδα, ἢ ἢ ὑδρωψόμενος. Tritum est autem in Hippoc. γόνιμον ἡμέραν αὐτὶ τῆς λυσίμου poni, ut in Œconomia nostra pluribus ex locis probabimus. Vetus nostrum exemplar εἰ γονίμῳ legit. Cæterò potes hîc per magnũ morbum, apoplexiã aut epilepsiam exprimere. Hæc enim Galeni assensione, uelut prærogatiua quadam, præiudicatam habet istam appellationem. Illa uerò portentosæ calamitatis ergô, sumit superbiam quæsitam meritis (ut ait Flaccus) & ex miserabili mali specie, magnitudinis nomen sibi uendicat.

¶ Λειχοῖ δὲ πυρεταινόσῃ.] Veteri inflammationi medelam adhibet Hippocr. πλιγάνῳ ψαχάλῳ autem de crassiore ptissanæ non colatæ substantia dicit, non de cremore, quem Hippocr. χυλὸν uocat. Ptissanam autem integram simplici ptissanæ nomine, aut cùm λειοψάλῳ, aut ὅλῳ πλιγάνῳ addit, intelligi ab Hippoc. scribit Galen. lib. de rat. uict. in morb. acut. Crassiorem uerò facit consue-

tudinis & plenioris cibi nomine, quam horum quoq; gratia ter die apponit, ut nimiam uasorum inanitionem fugiat, qui craßioris & plenioris ptiſſanæ ſcopi ſunt, Hippocr. lib. 1. de rat. uict. in morb. ac.

¶ παιδίου ἔμφασις.] Fœtus in utero etſi ſomni & uigiliæ & nutritionis affectiones ſentiunt, uocis tamen nullum uſum habent. Sed ea lucis huius uſuram lamentabili uagitu teſtificatur, & ſerò admodum in homine expeditur. Adeò in miſerias natum eſt animal rationis capax, dum longo interuallo beatißimo orationis munere excluſi, uitam cum brutis rationis expertem communicamus. Nec ſatis fuerat naturæ, quòd omnes omnium partium actiones liberas brutis indulſit, nobis uerò infœliciter nouercata eſt, niſi & ſermonis uſum, ad quem unum nati uidemur, in longi temporis uſionem procul amandaſſet, & in præfinita tempeſtatum uadimonia deſtinaſſet. At certè meliore id fato factum eſt. Debuerat enim diuinæ mentis capax animal non niſi prius firmatis ſenſibus, expeditis actionibus, & obduratis ad rationis miniſterium organis, ſermonem ipſum mentis indicem diuinæq; particulam animæ, in medium proferre, ut in hoc uitæ theatro, nihil ad opificis admirationem deeſſet, cùm in pleniſſimam copiæ penum obſequentibus mi-

tibus ministerijs abundantem omnis generis supellectile instructam, uelut in amplam familiam, rationem diuini iussa parentis ferentem immitteret. Quæ uelut in regie adornatis ædib. cum magna rerum laude, non sine summi opificis gloria extremã operi manum adderet. In lucem igitur uenit infans uelut in media solitudine, omnibus naturæ munijs destitutus, cõductas operas emendicando, regiæ tamen proli similis, uitæ securus, magna seruitiorũ manu stipatus, quorũ opera ad necessitatẽ abutitur, & uicariã parentũ fidem nexu obligatã, in benignioris lucis usum fœnori accipit. Sic sensim naturæ largitione plenus æs alienũ dissoluit, liber à uindicta recedit, sensus emancipat, & temporis progressu incrementũ habet, naturaliũ actionũ libertatẽ cũ sermone uelut publica fide accipiẽs. Quod hîc uidetur innuere Hip. dum à natalibus uocẽ firmari, uires inualescere, et robur in dies augeri scribit. Demũ tamen expedita uoce et liberato sermone qui in imbecilliorũ sensuũ ergastulo delituerat, in omnes naturæ dotes ius illi permittit. Hunc enim sensum illa obscura sanè Hipp. uerba habere uidentur φονῦς λυομένης παύσα λύσαι, quæ præpeditam uocem & organorũ grauitate implicatã, temporis successu expeditã, liberatã, et uinculis solutã significãt. Vox enim in pueris λελυμένη ἢ καταδεδεμένη ὥσπερ

τοῖς ψιλοῖς καὶ τοῖς βαυλοῖς, tandem sed serò quidem ἀπολύεται. Id eleganter scribit Aristot. lib. 4. hist. anim. τὰ δὲ παιδία ὥσπερ καὶ τῶν ἄλλων μορίων ἀκίνητά ἐστιν ὀξέως δὲ τὸ γλωττίδος τοπρῶτον, καὶ ὀξὺν ἀτιλῆ καὶ ἀπολύεται ὀψιαίτερον, ὥσπερ ψελλίζεσι καὶ βαυλίζοντες τὰ πολλά. Quæ Arist. uerba plurimùm cum hoc loco consentiunt. Neq; mirandum est, φωνὴ cum αὐδῇ hîc confundi, quod & illi in Coacis familiare est. Vocem uerò tardè in homine absolui, testatur etiam Arist. in Quæst. nat. διὰ τί ἡ φωνὴ ὕστατον τελειοῦται τοῖς ἀνθρώποις τῶν φθεγγομένων, ἢ διότι πλείστας ἔχει διαφορὰς καὶ εἴδη. τὰ γὰρ ἄλλα ζῶα, ἢ ὀλίγον γράμμα, ἢ ὀλίγα διαλέγονται. τὸ δὲ ποικιλώτατον καὶ πλείστας ἔχον διαφορὰς, ἀνάγκη σὺν πλείστῳ χρόνῳ ἀποτελεῖσθαι. Quæ sequuntur ut sunt ualde obscura, ita uariam habent lectionem. Duo enim ex nostris exemplaribus, quorũ unum plurimùm apud me habet ponderis, propter uetustatem: alterum uerò non minimùm, φύσις non λύσις legunt. Quam lectionẽ secutus est Caluus. Quod ita accipi debebit. In uocis per ætatis incrementa absolutione, reliquarum omnium naturæ effectionum liberos esse impetus, tuncq; actionum omnium munia uigere, & quotidie confirmari, quæ non secus ac uox ipsa ob imbecillitatem præpediebantur. Natura quippe ipsa, liberæ uocis emißioni quodammodo respondere uidetur. φωνὴ enim

Sect. 11. quæstion. 57.

enim cùm sit (ut Aristot. placet) ἀνὴρ τις ἰσχνματισμένος, liberam spiritus uiam & instrumentorum explicationem, linguæ quoq; explanationem postulat. ὅσα γὰρ πολύμυνα μὴ ἔχει ὅλον φθέγγεται, ut inquit Aristot. καὶ ὅσα γλῶτταν μὴ ἔχει ἢ μὴ ἀπολελυμένην ὅτι φωνᾶ ὅτι διαλέγεται. At haud aliter in naturæ munijs obeundis accidit, ut per sensuum riuos liber spirituum aditus requiratur, & uitalitatis semina in partes corporis sensiles, ex paucis naturæ fontibus deriuent. Alioqui animæ ui intercepta, membrorum robur exoluitur et elanguescit. Quòd si λύσις placet, non longè diuersus erit sensus. Actionum omnium naturalium robur cum uocis libertate adolescere, quæ prius nõ secus quàm uox impeditæ erant & obligatæ. Earundem uerò affectionum explicationem atq; absolutionem, uocis emißioni in organorum libertate esse similem, ut proba naturæ concinnitas constet. Sic interceptarum per debilitatem actionum liberatio, nõ impeditam uocem imitabitur, in eo quòd in utroq; expeditas organorum sensationes adesse oportet. Tandem quod sequitur, eam solutionem die impari contingere, id decretoriorum prærogatiuæ (ut cætera multa) ab Hippocr. tribuitur. Naturæ enim motiones, decreta, statuta, ut & partus, uitam deniq; ipsam totam, dierum imparium uadimonio sistit, quod & in

Sect. 11. quæstion. nat.

Lib. 4. histor. anim.

rebus externis obſeruat, ut uidere eſt ex lib. 4. de Morbis. Porro hic quoq; locus aliò accommodari poteſt, ut ad apoplexiam aut morbum comitialem, qui puerorum quodammodo eſt proprius, referatur. Cuius opinionis me necdum pœnitet, Voce enim reddita, miſerabilis illa calamitas depellitur, & plurimùm ſoluuntur omnia morbi ſymptomata, liberq; ſenſus & motus reſtituitur. Quod & ſuperiori ſententia pene expreſſum eſt. Quid uerò ſit φωνὴ, φθέγξις, & ψόφος, quantumq; inter ſe differant, habes ex Hippocr. lib. περὶ σαρκῶν, & Ariſt. lib. 2. de Anim. & 4. de hiſtor. anim. Quod etiam quadantenus ex hac Coacarum ſententia conijcias licet. ὅσοι ἐν ξωιχῇ ἄφωνοι λελῦνται μύοντες σπαραλμύσσουσιν, ὑπ' ἄιματος ῥυέντος ἐκ ῥινῶν ἐμπεσόντος φθέγξονται, παρὰ ἑωυτοῖσι γενώνται, σώζονται. μὴ γενομένων δὲ τούτων δύσπνοοι γενόμενοι, δυήσκουσι σωτόμως. Duplicem igitur habes in obſtruſo rerum ſenſu notionem, non tamen, ut in re ab omnibus deplorata, pœnitendam. Quæ multa huius generis tædia, cùm nullo ſolatio, niſi animi de publica ſalute probè conſcij recordatione, in Hippocr. ſcriptis deuoranda ſint. Eo animo ab ijs quorũ uota legendis noſtris nuncupamus, accipienda ſunt, ut nec eos opera impenſæ, nec uerò nos nauatæ induſtriæ pigeat. Quòd ſi dies, quæ ſtudiorum curſus promouet,

mouet, hîc leuiter decursis accurationem aut meliorem assensionem addiderit: non committã, ut cùm in fortunæ nostræ tenuitate effusus uidear, in prælarga opum copia restrictum me esse sentiam. Cæterùm quod ad lectionem attinet, duo ex nostris exemplaribus quæ superiùs adduximus, παυλίαι pro παυλίου legunt. Quam lectionem secutus est Caluus.

¶ Ἢ αἱ φλεβῶν σφύξεσιν.] Σφυγμὸν antiqui de partium inflammatarum pulsu dixerunt, ut ex Aphorism. 21. lib. 7. & lib. 1. de loc. affect. & alijs passim apud Galenum locis patet. Postea uerò ad omnem arteriarum pulsum deriuarunt, maximeq; percussum uiolentum & conspicuum significarunt, ut prius ex Gal. ostendimus, quod etiam Comment. 4. in lib. de rat. uict. in morb. ac. & Commen. 3. in Prorrh. testatur. Quæ testimonia in aliud tempus differuntur. De eodem etiã arteriarũ pulsu παλμὸν sæpe dicit Hip. quandoq; etiam παλμὸν φλεβῶν uocat, ut lib. 7. Epid. Hic igitur sensilem & conspicuã pulsationem ex Galen. opinione diximus, quæ inflammationis uehementiam indicat, quam hac in sentẽtia manuũ arterijs tribuit, cùm in Coacis simplicẽ arteriarũ pulsationem efferat, quæ de temporũ arterijs meritò intelligitur. Hypochondriorũ coutensio cũ tumore et faciei bene colorata succulẽtia, hemor

rhagias aut parotidum indicia ſunt apud Hippocr. in Prog. et Coacis. In his igitur largum ſanguinis profluuiũ potius expectandum eſt, quàm neceſſaria conuulſio, aut longus morbi tractus. Poteſt tamen humorum μετασάσει morbus in coxendicem decubitu, aut per parotidas ſolui, niſi hæmorrhagia liberarit. πρόσωπον ἐρρωμένον faciẽ bene habitam ſanis ſimilem, optimè coloratam & corpulentã, in qua ſpiritus & ſanguinis copia ſucculentam molem facit, aliàs πρόσωπον ὑγρὸν dicit Hippocr. aliquando πρόσωπα ἰσχνοίσιν ἢ πρόσωπα ὑγρὰ ἡ μακρὰ. λαπαρὸν uerò hìc μαλθακὸν ἢ ἰσχνὸν ſignificat, ut λαπαχθῶσι μαλαχθῶσι: Quod cùm de hypochondrij mollitudine dicatur, μὴ λαπαρὸν de retinentia quæ extenſione et tumore conflatur intelleximus, quod ὑπερμεγέθη frequenter dicit. Porrò hæc ſententia ut eſt celebris, ita & ab Hippocr. ter repetitur. In Coacis quidem, uitioſè tamen, εἰσὶν ὑποχόνδρια μὴ λαπαρὰ, πρόσωπον ἐρρωμένον, ἢ λύονται χωρὶς αἵματος ῥύσιος ἐκ ῥινῶν πολλῆς, ἢ σπασμῷ, ἢ ὀδυνῶν ἰσχίων. Libro uerò περὶ ἑβδομάδων. ἐὰν αἱ φλέβες σφύζωσι, καὶ τὸ πρόσωπον ἐρρωμένον ᾖ, καὶ τὰ ὑποχόνδρια μὴ λαπαρὰ, ἀλλὰ ὑπερμεγέθη, χρονίη ἡ νοῦσος καὶ μὴ αὔτου σπασμοῦ ἢ λύεται, ἢ αἵματος πολλοῦ ἐκ τῶν ῥινέων ῥύσιος, ἢ ὀδυνῶν ἰσχυρῶν. Atque ut huic oraculo fidem faciat, addit: καὶ οἱ παλμοὶ σὺν τῇσι χροιῇσι πα-

λυχροίῃ

λυχρονίᾳ πύρετο σημεῖον, ἢ λιπόσιτος ξηρότερος ἐπὶ τὸ ἄκρον. In cuius libri calce ijsdem uerbis repetitur. ἢν αἱ φλέβες σφύζωσιν αἱ ἐν ταῖς χερσὶν, καὶ τὸ πρόσωπον ἐρρωμένον ᾖ, καὶ τὰ ὑποχόνδρια μὴ μαλακὰ, ἀλλὰ ἐπηρμένα ᾖ, χρονίη ἡ νοῦσος αὕτη τὸ σπασμῶδες. Quæ sanè manca & mutila esse uidentur, ut nec in ueteribus nostris exemplaribus leguntur. In his porrò casibus, affecto admodum cerebro, ex uaporum & materiæ ascensu, sanguinis effluxum aut conuulsionem præstò esse testantur quæ in Coacis scribuntur: τῶν πυριασόντων οἷσι μὲν ἐρυθήματα ὑπὸ τοῦ προσώπου, καὶ πόνος λιφαλῆς ἰσχυρὸς, καὶ σφυγμὸς φλεβῶν, αἵματος ῥύσις τὰ πολλὰ γίνεται. Idem λιφαλαλγίη ἐν ὀξέϊ, ὑποχόνδριον αἰσθανόμενον, μὴ ῥέοντος αἵματος ἐκ ῥινέων, ὃς φρενιτικὸν ποιέεται. Rursus quoq;: τὰ παρ' ὃς ἐκ τοῦ ἐμπροσθίου κλυσματος ἐρυθήματος ἐν πυρετοῖσι γινόμενα, σκοτοδίνη μὲν ἐρυσιπέλατος ἐπὶ προσώπου ἰσομένη, ἀταρ καὶ σπασμοὶ ἐκ τῶν τοιούτων γίνονται μετὰ ἀφωνίης ἢ ἐκπλύσιος. ὀλιώνης uerò lego, non ut impressa habent exemplaria uitiosè, quemadmodum ex adductis locis patet, ut ne addam exemplarium nostrorum consensum.

¶ Τῷ λαιμῷ.] Istud ἀλισθήσης scriptum est, ut multa alia. Credibile est autem, ex magna capitis intemperie excitata fluxione, affectum stomachum humore illabente frigido, cui per calida

ſuccurrit. λαιμὸν autem gulam uocaui, ſtomachum ſignificans, Pollucis authoritate fretus. Scribit enim, ὁμηρ& μέν τοι τὸν στόμαχον, καὶ λαιμὸν, καὶ λαιμαργίαν ἐκάλει, καὶ φησὶ ψυχῆς ὄνειαρ ὕδωρ εἶναι, ὅτι διαιρεθεὶς ἀπόλυσι τὸν ὀλοὸν τ& ῥοφῆτα. ἄλητον uerò tanquam ἄλημα farinam dixi, etſi farinam molitam aut tritam efferre potui, ab ἀλέω. Quid autem ſit ἄλητον, habes lib. 2. περὶ διαίτης, ubi huius dictionis frequens eſt mentio, ut et paſſim apud Hippocratem.

HIPPOCR.

Τ Αραχῆς γαστρὸς, λυάμους ἐφθὸς διδόναι, ἢν μὴ τὰ ἄνω διαταραχθῇ. ἢ λύμινον διδόναι πρώγειν, μετὰ τῶν λυάμων. ἀπόληψις δὲ τ& νοσήματ& ἐκ ἀρ. γήροιτο, εἰ μὴ ἐν γονίμῃ ἡμέρῃ. ἐὰν δὲ ἄρχηται γήροιτο, ἢν μὴ ἀγόνῳ ἡμέρῃ καὶ μιῇ ἔτι δὲ γονίμῳ. λίτρον αἰγύπτιον, ἢ διορίανον καὶ λύμινον τριβόντα σὺν ἀλείφατι σὺν ἀλείφειν. ὅσα θνήσκει ἀνάγκη γονίμῳ ἡμέρῃ, καὶ γονίμῳ μιῇ, καὶ γονίμῳ ἔτει. πολλάκις δὲ ὀρθῶς ἂν ἔχοι θάνατον ἢ ὀλιγωρίας ἰσχυρὰς. ὧν τὰ ὁμματα μὴ ἐρρώοντα, ὁ θάνατ& ἐν πάχει. ἢν δὲ ἐν γονίμῳ ἔτει γίνηται, ἀπ' ἀμφοτέρων γονίμων ἀνάγκη γηρᾶσθαι. ἢν δὲ ἀ-

γόνῳ ἔτει

γώνῳ ἔτει καὶ ἀγόνῳ ἡμέρῃ θνήσκειν ἀνάγκη γονίμῳ ἡμέρῃ τῷ ἀριθμῷ τρίτῃ ἰχυροτάτῃ. λιπαίγχλῳ καὶ ὀφθαλμίλῳ, φλεβοτομίη. τρωθέντος γὰρ ἔρευθος ἡ ἀναπνοὴ ἔρχεται κάτω ἀφανὴς ἐπὶ τὸ τρῶμα, καὶ λιγνῶται τὰ σήθεα, διὸ λόναι δὲ γάλα καὶ οἶνον ἴσον ἴσῳ. ὧν κατακορέα τὰ σήθεα, ψελλοί, μανιώδεες καὶ φαλακροί. τοτέων ὅσοι ἐκ γενέης καὶ σρέβλοι, ἀσώτεροι, ἢ λιθιῶντες, ἢ μανόμενοι οἵσι δὲ μὴ ἕτερα λιακὰ λύσιες πρὸς φύσιος. λιπαίνειν πλείσιν ἔχει πιτθὸς, ὀφθαλμὸς λεξιὸς. ταῦτα δὴ κάτω καὶ ὅτι ἐμπέφυκε τοῖσι λεξιοῖσι τὰ ἄρσενα. γυναῖκα ἐν ὠδῖνι ὡς εἰ ἔχειν, σικύην μεγίσην παρὰ τὸν πιτθὸν προσβάλλειν, τρίμοιρον παλίορ πάντα λιπεῖ, καὶ μέγα τότε ἔχει. ἢν πολλὸν ῥέῃ γάλα, ἀνάγκη ἀδενέειν τὸ γάστρι. ἢν σφριώτεροι ἔωσιν οἱ τιτθοὶ, ὑγιηρότερον τὸ ἔμβρυον. φλὲψ ἔχει παχέην ἑκατέρῳ πιτθῷ. ταῦτα μέγιστον ἔχει μόριον σωτῆρος. σραγγυρίλῳ λύει φλεβοτομίη.

ἢν τὰ ἄνω χωρία ἀσαρκέα, τὰ πρὸς τὴν λιφαλίν. ἐλκέων λιάθαρσις, ἔμετος, ὕδρωψ.

INTER-

INTERPRETATIO,

IN alui perturbatione fabas coctas apponito, nisi si partes corporis superiores admodum biliosæ fuerint, aut cuminum cum fabis in cibum dato. Morbus uerò ipse non nisi die impari intercipi poterit. Cuius neq; principium futurũ sit nisi die pari, mense quoq; & anno pari. Nitrum Ægyptiũ, coriandrumq; & cuminũ tritum cum unguine illinito. Qui in morbis pereũt, in diem imparem, mensem et annum quoq; imparem incidant necesse est. Pulchrum autem & ex Medici dignitate fuerit, mortẽ ipsam aut uehementes dolores prædicere. Oculorum uis nisi ualeat et constet, mortem in propinquo esse significat. Quòd si anno impari fieri contingat, imparitatem in utrisq; consentire necesse est. Sin uerò anno & die pari fiat, mors in diẽ imparem ex necessitate incidit.

Quod

Quod ad numerorum rationem attinet, dies tertius summam habet potentiam. Anginam & lippitudinem uenæ sectio sanat. Intestino uulnerato spiritus infra ad uulnus procedit sine manifesto sensu, & pectus uacuatur. Lac igitur cum uino, pari aquæ mixtura temperato exhibeto. Qui pectus admodũ bilioſum habent ij balbutiunt, furibundi sunt & caluí. Ex his qui etiã ab ortu distortum corpus habent, hebetes sunt & stolidi, aut calculo obnoxij, aut insanientes. Quibus uerò id non accidit, ij naturæ benignitate ab alijs malis uindicantur. Plurimũ habent dignitatis & præstantiæ mamma & oculus dexter, eademq; rectitudo in inferioribus partibus. Nam & mares in dextris innasci solent. Purgationes menstruas in mulieribus si sistere uoles, cucurbitulam maximam iuxta mammam defigito, Trimestris fœtus, de

tus de omnibus certitudinem facit, quippe tunc perfectionem accidit. Si lac magna copia profluat, fœtum imbecillum esse necesse est. Quòd si mammæ solidiores fuerint, fœtum esse saniorem indicãt. Vtraq; mamma uenam crassam habet. Qua in re maxima prudentiæ pars inest. Lotium substillum aut urinæ difficultatem, uenæ sectio soluit. Locis superioribus, qui ad caput sunt, ad humorum excretionem turgentibus, & suapte sponte motis, ulcerum purgatio, uomitus & sudor conferunt.

COMMENTARIVS,

Ταραχῦς γαστρὸς.] Κοιλίη ταραχώδης Hippoc. *dicitur uenter perturbatus & diffluens cùm multa deijcit, & à materia profluente intestina lancinantur dolentq;. Est & ἐκτάραξις alui procluuies atq; profusio cum perturbatione. Quòd si cruda multa deijciuntur, & humore frigido plurimo uentriculum fatigant, intemperie frigida laborantem stomachum offendant ne-*

dant necesse est. Cui offensioni omnino aluum proluenti cum fabis succurrit. fabæ uerò præter exiccantem uim quam habent, adstringendo quoq; proluuiem istam sistunt. Quod indicant Galen. uerba libro sexto simpl. med. μιτίχει δέ τι & ἐπ' ὀλίγον, καὶ ῥυπλικῶς δυνάμεως ἡ σαρξ αὐτου, καὶ δάπερ καὶ τὸ λέμμα τὸ ῥυπλικῶς· καὶ διὰ τοῦτο τῶν ἰατρῶν ἔνιοι τὸν λύαμον ὅλον ἐψήσαντες σὺν ὀξυμέλιτι, τοῖς δυσεντερικοῖς καὶ τοῖς λοιμικοῖς, καὶ τοῖς ἐμετικοῖς ἐδίδοσαν. Quæ ab Aëtio repetuntur lib. 1. Quinetiam Hippocr. lib. 2. περὶ διαίτης, fabis τὸ βάσιμον attribuit. Quod etiam in desperatis alui profusionibus fœliciſsimo successu in dies usurpamus, dum ex fabarum polline dulciarium panem in leues offas conficimus, medicatoq; succo intingimus. Quid uerò per τὰ ἄνω καταπορία intelligat, ualde est obscurum. Partium corporis definitionem ex iecore sumi, prius ex Cõment. 2. lib. 6 Epid. diximus. An tamẽ hîc τὰ ἄνω superius uentriculi oſculum appellet, in ambiguo est, cùm de uentre agat, & nõ sit admodum insolens Hippocrati (quod passim facit) dictionum proprias notiones detorquere. Bilioſum igitur alui profluuium ex humorum acrimonia & corruptela ortum, ut sistendum nõ est, sic neq; in his qui plurima bile suffunduntur, cohibendũ suadet Hippocrates. Caluus τὰ ἄνω καταπορία superiora satis ualere

ualere quomodo intellexerit, in mentem mihi inducere nullo modo possum, cùm de ualde biliosis inaudienda esse, superioribus annotationibus abundè probauerimus.

¶ Ἀπόλυψις.] Hæc dictio crebra est apud Hippocr. sed eo præcipuè significato, quo eorũ quæ in fluxu sunt, impetum cohibet. Sic ἀπόλυψιν ἔρωτος, πνεύματος καὶ φλεβῶν sæpe dicit Hippocr. Ergo eleganter admodum profluentis morbi coërcionem & currentis impetus retardationem, ἀπόλυψιν uocat. Nec eam sequuntur elegantiam exemplaria quæ ἀπόλειψιν habent, qua dictione morbi cessatio & defectio significatur. Quomodo legisse Caluus uidetur. Quo etiam uocis genere utitur Aretæus, cùm de morbo comitiali scribit: ἄσχετος δὲ καὶ ἡ ἀπόλειψις αὐτέων, eamq; παροξυσμῷ opponit. Quod de dierum ratione sequitur, id totum ad iudicationis authoritatem spectat, in cuius cõmendatione hîc prope totus est, ut eam multis alijs locis celebrat, cùm salubres naturæ motiones ad morborum propulsiones imparibus diebus excitat, infelices uerò morborum casus paribus donat, humorũm corporis lationem uelut die dicta iudicio sistens, à quo nec se in libertatẽ asserere, nec uerò sorũ declinare queant. Quod non tantùm in morbis, sed in quocunq; ferè effectionis naturalis genere, ut conceptibus, partubus,

Cap. 4. lib. de diut. morb.

partubus, abortionibus spectari uult. Vt nec solam in his dierum rationem, sed & mensium & annorum respectum haberi postulat Hippocr. libro περὶ ἑπταμήνων. Quod ad scriptionis genus spectat. Caluus, εἰ μὴ ἐν ἀτόνῳ ἡμέρῃ legisse uidetur. Idem quoq; sequentem sententiam permirè confundit, in quâ ἐτέῃ δὲ γονίμῳ legendum est ex omnibus exemplaribus.

¶ Λίπου.] Hæc medicamenta ut in humente morbo & frigida succorum copia diffluente, siccant, digerunt & calfaciunt. ἔλαιφα uerò ἔλαιον ἢ πίαρ significat Hipp. ut scribit Galen. Nos ideo unguen diximus. In Exegesi;

¶ Ὅσα θυήσκει.] Hoc, ut cætera plurima, ad dierum imparium authoritatem pertinet, quam magno censu redimit lib. de Morb. 4. Mortem enim & sanitatem ipsam in dierum imparitatem cadere uult. Quin cùm ijs diebus morborum grassationes irruant, & naturæ impetus excitetur ad iudicationem, tunc de summa ferè causa decernitur, ægriq; uiribus defecti hostium insidijs circumuenti manus dedunt & fidem deserunt, aut naturæ liberalitate tecti, egregiè dimicantes liberantur. Eodem enim foro & mors & salus ipsa sistitur, ijsdemq; penè diebus ægri aut damnãtur aut absoluuntur. Quod scripsit in Prognostico Hippocr. & libro περὶ διαίτων repetit, οἱ πυρετοὶ ὀξεῖς

νονται σὺν τῇσιν αὐτίῃσιν ὑμέρῃσιν τὸν ἀριθμὸν, ἐξ ὧν τι προηγίνονται οἱ ἄνδρωποι καὶ ἐξ ὧν ἀπόλλυνται. Quæ omnia fusissimè explicantur à Galeno libris de Diebus decr. Menses autem & annos addit Hippocrates, quòd ij in morborum iudicationibus partem habeant, ut ex Hippocrat. illis in libris probat Galenus.

¶ προλέγειν δὲ.] Prædictio in morbis cùm plurimùm ad artis dignitatem, tum uerò maximè ad Medici admirationem facit, penes quem & uitæ & necis potestas esse creditur. Sic Hippocrates in Prognostico, ueluti præmijs ad eam inuitat. τὸν ἰητρὸν δοκέειν μοι ἄριστον εἶναι, προνοίαν ἐπιτηδεύειν. προγινώσκων γὰρ καὶ προλέγων παρὰ τοῖσι νοσέουσι τάδε παρέοντα, καὶ τὰ προγεγονότα, καὶ τὰ μέλλοντα ἔσεσθαι, ὁκόσα τε παραλείπουσιν οἱ ἀσθενέοντες ἐκλογιζόμενος, πιστεύοιτ' ἂν μᾶλλον γινώσκειν, τὰ τε νοσεόντων πρήγματα. ὥστε τολμᾶν ἐπιβάλλειν τὸν εὐβουλίας ἑωυτὸν τῷ ἰητρῷ τῶν ἐθελόντων ἄριστα ἂν ποιοῖτο προειδὼς τὰ ἰσόμενα ἐκ τῶν παρεόντων παθημάτων. ὑγιέας μὲν γὰρ ποιέειν ἅπαντας τοὺς ἀσθενέοντας ἀδύνατον. τοῦτο γὰρ τῶν προγινώσκειν τὰ μέλλοντα ἀποδέοι ἄν τι, ἥσσων δὲ τοῦτο ἂν εἴη. Per εὐλυίας autẽ ἰσχυρὰς, prænunciam crisis, εὐσημείαν intelligere uidetur.

¶ Ὧν τὰ ὄμματα.] Oculi qui mentis & arcis sunt uelut quædam specula, magnum in præsagio momentum faciunt. Ex eorum enim affectionibus

tribus totius corporis ualetudo dignoscitur, ut aliunde prolixius non sit æstimationẽ de toto morbo facere. Quod indicat Hipp. lib. 6. Epid. ὀφθαλμοὶ ὡς εὖ ἰσχύουσιν ὅτω καὶ γῆρυ. Vt enim oculus ualet, ita & corpus totum. Quod etiam in ægris uulgus annotat, firma enim & constans oculorum uis bonam de se spem concipit, cùm cerebri habitudinem & robur significet. Sic lucidus oculorũ splendor, animalis spiritus firmitudinẽ depromit: impuritas uerò spirituũ, obtenebrationẽ & facultatem animalẽ propè emortuã arguit. Hìc igitur ῥῶσις, σύντονίαν, καὶ ἰσχὺν significat, quod de ualente & bene sibi constante oculorum ui intelligimus, ut ad motionẽ prompti sint, nec lucem refugiãt, aut igneũ illum splendorem nulla impuritatis nubecula opacent. Quæ ut in acutissimis morbis contingunt, ita in præcipiti periculũ esse comprobant. ὑγρὰ γὰρ τὰ αὐγοειδῆ φοβέονται, καὶ δακρύουσιν ἀπροαιρέτως, καὶ διαταράσσονται, καὶ βάθος βαθέος ἐλάσσω γίνηται, καὶ τὰ νοσηλικὰ ἐρυθρὰ ἰσχύσιν, καὶ πελιδνὰ, καὶ μέλανα φλεβία ἐν αὐτοῖσιν ἔχουσιν, καὶ λῆμμα φαίνονται πρὸ τῶν ὄψιος, καὶ καὶ συναπορύμενοι, καὶ βλέφαρα ἰσχνότερα, καὶ ἐγκοίλοι ἰσχυρῶς γινόμενοι, καὶ αἱ ὄψιες αὐχμῶσαι καὶ ἀλαμπέες, καὶ τὸ χρῶμα τοῦ ξύμπαντος προσώπου ἀλλοιωμένου ἢ, ταῦτα πάντα λυκὰ νομίσεις, καὶ ὀλίθρια εἶναι. Ex quibus quódnam sit oculorum robur, aut quænam infirmitas, facilè conijcere licet, non secus ac ex his quæ

Sectione 4.

In prognost.

in Coacis ſcribuntur: τὸ ἀχλυῶδες τῶν ὀφθαλμῶν, ἢ τὸ λευκὸν ὑπερυθραινόμενον, ἢ πελιαινόμενον, ἢ φλεβῶν μελαίνων πλησμόν, ἢ ἀτρεμές. φλαῦρον δὲ καὶ τὸ τῶν αὐγῶν φεύγειν, ἢ δακρύειν, ἢ διαστρέφεσθαι. καὶ τὸ ἕτερον ἐλάσσω γίνεσθαι πονηρόν. καὶ τὸ τὰς ὄψιας πυκνὰ διαρρίπτειν, ἢ λημία μικρὰ περὶ αὐτὰς, ἢ αὐγίδα λιπαρὴν ἴσχειν. ἢ τὸ λευκὸν μέλαν γίνεσθαι. τὸ δὲ μέλαν ἐλάσσω, ἢ ὑπερπίπτεσθαι τὸ μέλαν, χεῖρον τὸ ἄνω βλέφαρον. πονηρὸν δὲ καὶ ὑγιεινότης ὀμμάτων. καὶ ἀνδρικὸν ἔξω σφόδρα, καὶ λαμπρὸν & ἀνδρικὸν, ὥστε μὴ δύνασθαι τὴν κόρην ἐντείνεσθαι, καὶ βλεφαρίδων λαμπρότης. καὶ πῆξις ὀμμάτων. σωτικῶς τε μύειν καὶ χρώματα μετὰ βάλλειν, καὶ βλέφαρα μὴ συμβάλλειν ἐν τῷ καθεύδειν ὀλίγιον. ἀκριβὲς δὲ καὶ ἀλλάνων ὀφθαλμός. Idem quoque in Prorrhetico, ὄμμα ἀμαυρόμενον, πιπτὸς, ἀχλυῶδες, καὶ ἐπίχνουν ἔχον damnat, ut ſexto Epidemiorum, ἐπιξηραινόμενον, αὐχμηρὸν, ῥυτιδόμενον, καὶ ἐν ἀνδρὶ νεανικῷ. In Coacis etiam oculorum λαμπρότητα commendat. Quæ paulò fuſius perſequi libuit, ut quodnam ſit oculorum robur, & quænam uirium firmitudo, intelligas.

Sectione 1.

¶ Ἦν δὲ ἐν γονίμῳ ἔτει. Id ex hac opinione pendet, qua mortem in impares dies cadere exiſtimauit. Hunc igitur habet ſenſum: Si oculorum uis anno impari deficiat, mors die impari contingat neceſſe eſt. Atq; adeò in utriſq; imparitas conſentit. Morbus enim annum imparē, mors uerò diem imparem

imparem sortitur. Sic enim capi uidetur ἀπ' ἀμφοτέρων γονίμως αὐξάνειν γενέσθαι. Quòd si oculorum uitium anno pari & mense pari accidat, nihilominus tamen mors die impari sentitur. Vetus unum exemplar, ἐπ' ἀμφοτέρων γονίμων habet, non aspernanda lectione. Idem tamen utrobiq; sensus est.

¶ Τῷ ἀριθμῷ.] In dierum iudicijs summa est potentia septimo, quam excipit decimusquartus, dein & uigesimus, ut scribit Galen. in lib. Decretorijs. Quod oraculum ex multis palantibus & fugitiuis Hippocr. locis, in ueram familiam adoptatum est. Ex Prognostico enim et Aphorismis & libro primo Epidemiorum, uelut ex locupletißimo promptuario desumptum est. Quibus maior fides debetur, quòd πρὸς ἐκλογὴν scripti sint, quàm ὑπομνηματισμοῖς, quæ temerè & tumultuariè congestarum rerum memoriam suggerũt. Et uerò libri Epidem. quòd ante illos scripti sint (ut testatur Galen. in lib. decretorijs) eorum quæ postea longa usus obseruatione definita sunt, aduersaria quædam continent, quæ pro re nata in pugilaribus descripta, tractationem postea & accurationem emendicant. Quòd igitur in numerandi ratione diem tertium plurimùm habere uirium scribit, de prima iudicij authoritate, quã uelut ex priuilegio habet, intelligendum est, etsi

(ut inquit Galenus) præoccupatione quadam potius quàm uera iudicij ratione decernit, aut profectò id hîc temerè adumbratum ex cæteris perfectionem & complementum accipiat, oportet. Caluus hanc sententiam superiori coniungit.

¶ Κυνάγχῶ.] In pestifero anginæ malo trahenda non sunt remedia, sed statim à uenæ sectione si uires remedia non auersantur inchoandum, ut quod strangulat, euocetur. Quin & eo nomine cucurbitulæ submento & ad fauces admouentur, ut irruentis materiæ impetus aliò auocetur. Quod consulit Hippocr. lib. 2. de Morbis. Curari uerò lippitudinem sanguinis detractione, memoriæ prodidit Hippocr. Sed eorum tempora & causas parum explicuit, in quibus Medicinæ summa est. Quæ postea à Gal. adhibitis circunscriptionibus distincta sunt in Aph. & lib. 6 Epid.

Celsus lib. 6.

Comment. 6.

¶ Τρωδύτου σύτιξε.] Nudata inteſtina cùm euoluũtur, insueto aëre tentata inflantur, & aquæ calidæ fotu conduntur, ut scribit Galen. libro Method. & Paulus libro sexto, & Celsus quoq; libro septimo. Sic igitur spiritu implentur qui sine manifesto sensu ad uulnus subit. De respiratione autem intelligi falsum est, cùm in pectoris ergastulo concipiatur. Ambiguum uerò est γύδια λιχνῆσθαι. ὄμφη enim Hippoc. aliquando uentriculi orificium significat, ut in Coacis, dum περὶ

τῦδ& λῦξιν ἡ πικρότητα scribit. Neq; enim bilis morsus in sterno sentitur. Sed externæ partis nomine & circunscriptione, nobilem illum totius corporis regem hac uelut aula circumseptum, intelligit. Hac notione uulnerata intestina uentriculi osculum, uentriculum deniq; ipsum deplent, cùm tenuibus intestinis dissectis cibus, crassis uerò ciborum reliquiæ effundantur. Quòd si codicis unius nostri lectionem sequaris, quæ non omnino aspernanda est, & σὐτοσιδία pro σὐτιξα scribas, thoracis cauum & capacitatem intelligas licebit. Qua in significatione σὔτορον pro intestina quauis parte sumi potest. Pertuso autem thorace spiritus per uulnus prodit, non tamen sine manifesto sensu, atq; adeò τὰ τύδια λιχνᾶσθαι uidentur. Lacte autem in recentibus ulceribus utitur acrium humorũ metu, ubi cibis lenibus opus est. Porrò monendum est in uno exemplari, σὔτορα pro σὐτιξα legi.

¶ Καταυγία τύδια.] Καταυγία τύδια, Gal. in Exegesi τὰ δὲ χολῶδες γεννητικὰ interpretatur, τινὲς μὲν τοι τὰ λάσια ἤκασαν, ut de thoracis calore intelligi par sit. Illic enim caloris est conceptaculum, ut scribit Aristot. in Quæstion. nat. Cordis autẽ exuperans calor, pulmones in cõsensum trahit, qui cum sanguine bilioso nutriantur (ut scribit Gal.) calorẽ facilè concipiũt et bilioſam natu

Sect. 27. quæstion. 4.

Lib. 4. de usu part.

ram præseferunt. ψιλὸς prius ex Arist. in balborum genere posuimus. Ita enim dicuntur, qui in pronunciatione literam aut syllabam eximunt & tortuosè loquuntur. Nec admodum est absurdum, balbutiem, furorem & caluitium biliosorũ humorum affectiones esse. Quod sequitur, ὅσοι ἐκ γχυτῆς καὶ τραυλοί, uariè legitur in nostris exemplaribus. Modò enim ἐκ γχυτῆς τραυλοί, modò uerò ἐκ γχυτῆς καὶ τραυλοί legitur. Quorum lectionem secutus uidetur Cornarius. Nos uetustißimi exemplaris literam secuti, codices impressos non defraudauimus. Vt præter ea uitia corporis, etiam distortionem ab ortu inesse significaremus, eosq; tum imprudentes, tum uerò calculo obnoxios, aut in insaniã procliues esse. A quibus facilè uindicabantur, qui corporis peruersionem ab ortu non accepissent, quòd ad naturam attineret, hoc est naturæ ipsius beneficio. Vt enim concinna corporis conformatio firmißimum mentis robur indicat, ita eiusdem peruersio ad omnes animi & corporis morbos magnum momentum facit. Atq; is mihi horum uerborum sensus esse uidetur. οἷσι δὲ μὴ, ἐτέρη λύσις περὶ φύσιν. Quæ ex uetusto exẽplari reposuimus. Etsi quædam exemplaria id ita legunt: οἷσι δὲ μὴ, ἐτέρη λύσις. & illud περὶ φύσιν ad sequentia referuntur. Quod etiam fecerunt interpretes. λιθιῶντες

uerò ex

uerò ex signis sunt ἰατρολογικοῖσι, quæ nec cum cæteris consentiunt.

¶ Διώκειν πλείστῳ.] Mares dextro uteri sinu concipi, fœminas sinistro, Hippocr. est oraculum 48. lib. 5. Quod etiam confirmat lib. 6. Epidem. ὅτι ἐν δεξιοτέρῳ τριωτέρων ἐν τοῖσι λεξιοῖσι, καὶ μέλανες διὰ τοῦτο, καὶ ἐξω αἱ φλέβες, καὶ χολωδέστεροι μᾶλλον. Eadem ueterum quoq; fuit opinio. Parmenides enim existimauit λεξιτόκοισι μὲν ἄρσεν, λαιοῖσι δ' αὖ θήλεας concludi. Quod & Empedoclis uerba testantur:

Ἐν μὲν γὰρ δεξιτέρῳ τὸ μὲν ἄρρεν ἐπλετο γάλακτι,
Καὶ μέλανες διὰ τοῦτο, καὶ αὐθαιρωδέστεροι αἵματος.
Καὶ παχείωνες μᾶλλον. Quam opinionem exagitat Aristot. lib. 4. de gen. animal. & lib. 7. hist. anim. Eam autem conceptus dignitatem calliditati dextrarũ partium attribuit Hippocr. quæ ideo robustiorem quoq; fœtum designant. Quod scribit lib. 6 Epid. ὅτι ἰητρικόν καὶ χολωδέστερον καὶ εὐαιμότερον τοῦτο δεξιότερόν ἐστι τὸ χωρίον τῷ ζώῳ. Dextræ igitur corporis partes, quòd ut plurimũ mares contineant, magnum habent dignationis & potentiæ momentum, in ijsq; mamma & oculus dexter, quæ concepti maris indicaturam præ se ferunt. Scribit enim idem Medicinæ parens libro περὶ ἀδινῶν & γυναικὶ χρὴ εἰδέναι τὸν μαζὸν ὁκότερος ὄγκον αὐτῇ μείζων, καὶ δι γὰρ τὸ ἔμβρυον. ὁμοίως δὲ καὶ

Sect. 2. & 4.

Capite 1.
Capite 3.

Sectione 2.

τὸν ὀφθαλμὸν. ἔστι γὰρ μίζων ἡ λαμπρότης & τὸ πᾶν εἴσω τῶ βλιφάρε ὀπότης & ἡ ὁ μαζὸς μίζων. Porrò hæc uerba ταῦτα τῶν λάτω, de partium inferiorum ad dextras rectitudine extuli. Cuius sensus fidem sequentia faciunt, cùm mares in dextris innasci partibus scribat. Idem de motionis sesu intelligi potest. Hanc uerò conceptus opinionem fusius persequitur Gal. lib. 14. de Vsu partium, & lib. 2. de Semine, & libro sexto de Locis affectis.

¶ Γωαιξίν.] Placitum est 50. lib. 5. Aphoris. Hîc uerò melius παρὰ τὸν τιτθὸν, quàm πρὸς τιτθὸν promitur, ut infra mammam defigendam cucurbitulã indicet, quæ uenas sanguinem deferentes occupet, mammas uerò ipsas non affligat. Eamq; ambiguitatẽ nostra uersione dissoluimus.

¶ Τρίμηνον παιδίον.] Fœtus certitudo motu maximè cõcipitur. Neq; enim aliud quoq; ad animantis uitam perfectius motione ipsa desideratur, cùm fœtus ipse membrorum distributionem trigesimo die accipiat, motionem uerò mense tertio in marium conceptu annotarunt Medici, & prius ex Hipp. adduximus. Etsi Arist. ipsum Philosophorum principem lib. 7. de hist. anima. hac in parte aduersum habemus. Ad perfectam igitur fœtus naturam non aliud quàm motus uitalitatis accessionem facit, quo abundè animal definitur, cùm ex cerebri animaliq; facultate pendeat, roburq;

